www.e-rara.ch

[Summa theologica]

Antonin

[Basel], [1485]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-15896

Incipit secunda pars summe maioris fratris Antonini archiepiscopi Florentini. Titulus primus de avaricia divisus per plura capitula

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Incipit secunda pars
summe maioris fratris Antonini archiepi flor.

Titulus primus de auaricia diuisus per plura capitula ¶ Capitulum primum per modum predicationis

Ilij hominū vsqz quo graui corde vt quid diligitis vanitatē ⁊ queritis mēdaciū ps.iij. Gre. mij. moral'. c.xix. sup ver. plūbi lamia ꝛc. dicit q̄ contra auaros quos auaricie pondus grauat. ps. in uebit ⁊ increpat di. B. Filij hoim. ꝛc. nō filijs dei id est electis qui ex deo nati sunt. s. p grām. cōtēnentib⁹ terrena loquit ps. filijs hoium. i. terre nor. bō ei ab humo deriuat' qui filij sunt ñ solū generatōe sed imitatōe. bi sunt graui corde. Inter oia elemēta terra est grauis. ⁊ iter terrena metalla que ptinēt ad diuitias aur ⁊ argētū sunt grauiora. grauiū aūt locus ꝓprius ad quē inclinantur grauia est cētrū vbi est infernus. Inter vicia illud qđ deprimit cor ad terrenas diuitas ē auaricia. cuius locus est infernus. s. eterne dānatōis Vñ serpenti antiquo dictū fuit. Terram comedes cūctis diebus vite tue. Gene. iij. i. ad terre ptinebunt quos decepis terrena cupiditate. ꝑ quo dānatō incurrit. filij hoim vsqz quo. s. ꝑmanetis in hoc vicio vt diligatis vanitatē. i. ista tpalia q̄ vana sunt. i. cito trāsitoria. Vñ in inferno dicūt diuites. Quid nobis ꝓfuit superbia. aut quid cōtulit nobis iactātia diuitiar? Ecce oia trāsierūt velut vmbra Ea p. v. vana sunt. q̄ faciūt homines vanos. cū p hoc frustrent' fine suo. i. vita eterna. Et hoc est accipe in vanū aiam suā sm ps. i. nō oparie ea tm vñ saluent'. sicut medicina dr vana que ñ inducit sanitatē ad quā ordinat'. Et queritis mēdaciū. i. ipa terrena que sunt mendaciosa q̄ ꝑmittūt quietē ⁊ dāt inquietudinē. ꝑmittūt sufficiētiā ⁊ dāt miseriā. Filij hoim ꝛc. Vbi sciēdū q̄ cū auaricia sit immoderatus amor bēndi ℞ immoderātia pōt esse triplex sm. bea. Tho. q. q. q. crit. ar. iij. Primo in affectōe. Scdo in retentōne Tertio in acquisitōe. Et sm hec tria erūt tres sermones de auaricia in genere. Et q̄tū ad primū scz de nimia affectōe ad res tpales ℞ reprehendit' in dicto ꝓsu. Filij ho. Vbi tria ptim notari de auaricia. Primo eius mali quidditatē ibi. vt quid dili. vanitatem ⁊ queritis men. Scdo ei⁹ peccati ponderositatē ibi. filij hoim. Tertio eius affectualitatē ibi. ⁊ queritis mendacium.

Quātū ad primū .§.i.

Sciēdum q̄ auaricia vel cupiditas sumit' triplr Uno mō, put est ñ pcūz ℞ pena vel radix pcī. ⁊ sm hāc acceptōnē auaricia ñ est aliud q̄z quedaz inclinatō nature corrupte ad bona corruptibilia ⁊ tpalia inordinate appetēdo. vñ apls. i. ad Thi. vi. Radix oium malor est cupiditas. i. auaricia. eo vidz q̄ ex auaricia frequētius alia pcā orianē ad similitudinē radicis. q̄ sicut radix toti arbori alimētū ꝓstat. sic hō p diuitias acq̄rit facultatē ad quodcūq̄z peccatū desiderādū ⁊ perpetrādū. ⁊ vt dicit Leo papa. Clericū vel vir catholicum ⁊ ꝑcipue sacerdotē dñi sicut nullo errore implicari. ita nulla cupiditate violari optet. di. xlvij. c. clericū vel virū implicari. i. detineri ⁊ impediri a spūalibus. Scdo mō sumit' auaricia seu cupiditas ꝓut ē generale peccatū seu genus ad oē pcm̄. ⁊ sic diffinitur a Gre. in quadā ome. q̄ auaricia est appetit⁹ inordinatus ñ solū pecunie ℞ scie ⁊ altitudis et cuiuscūq̄z boni tpalis. vt cū supra modū ambit' ptās. Et de hac loquit' Aug. cū dicit. q̄z radix oiz malor est cupiditas. ⁊ radix oim bonor est caritas. Et nisi fuerit vna penitus euulsa non pōt alia plantari. de pe. di. ij. q̄z radix. q̄z quodlibet peccatū mortale est ꝯtra caritatē sm. b. Tho. ⁊ quodlibet pcūz ptinet isto mō ad cupiditatē. Et si obiciat' q̄ ex hoc sequi vidr q̄ auaricia et superbia sint idē. Nā superbia dr inordinatus appetit⁹ scie altitudis ⁊ honoris. qđ ꝓprium rationis in diffinitione auaricie vt dictū est. Rñ. q̄ hoc ñ sequit'. ℞ sunt vtriq̄z diuersa pcā superbia ⁊ auaricia etiā generaliter sumpta. Nā superbia est inordinat⁹ appetit⁹ circa scīam. potētiā. pecuniā. ⁊ alia quo ad excellētiam quā quis ꝓsequit' ex illis. ℞ auaricia ē inordinatus appetitus circa ꝓdicta quo ad sufficiētiam que intēdit' in ill' in acquirēdo vel retinendo ipa tpalia. Differūt etiā in hoc q̄z superbia respicit pcm̄ ex pte auersiōis a deo. cui ꝓcepto superbus recusat subdi. Auaricia vero respicit pcm̄ ex pte cōuersiōis ad bonū ꝓmutabile q̄ pecuniā. s. inordinate diligit. Tertiō mō sumit' auaricia ꝓut ē speciale pcm̄ distinctū a ceteris. Et sic diffinit' auaricia. q̄ est inordinatus amor vel appetit⁹ pecūie

Cñ Ysi. in li. ethimo. dicit q̄ auarus dr ꝯsi eris auidus. De his. b. Tho. q̄. q̄. q. cxviij. ar. ij. et in qōnib⁹ de malo. ⁊ Alex. in scđa pte summe. q. xlij ⁊ de hac auaricia que ē spāle pcūm dicit Amb. Sicut hi qui p̄ insaniā mēte trāslati sunt. ñ iam rē ipāz ꝫ passiōis sue fantasiā videt. ita etiā mēs auari semel vincul' cupiditatis astricta. sp̄ auruz videt. sp̄ argētū videt. sp̄ redditus ꝓputat. gratiā auz̄ q̄ solē intuet. Ipa eius oro ⁊ depcatō a dño petit auz̄ nec finis nec satietas aderit cupiditati. di. xlvij. sicut hi. Et hoc est qđ dicit Salomon Eccle. v. Auarus ñ implebit pecūia. ⁊ qui amat diuitias ñ capiet fructū ex eis. Ubi sciēdū q̄ aliud est diuitias amare ⁊ ñ bre. aliud bre ⁊ nō amare. aliud nec bre nec amare. aliud bre et amare. Amare ⁊ ñ bre est vanū ⁊ infructuosum. Nā nec ꝫz ꝓmoditatē ex vsu eaz̄ cū eas ñ possideat. nec fructū ex pania in defectu eaz̄. ex quo amat ⁊ cupit bre p̄ oēm modū quē posset licitū et illicitū. impatiēter ⁊ tuolūtarie sustinēs paupertē. vñ apl's. i. ad Thi. vi. Qui volūt diuites fieri incidūt in tēptatōnē ⁊ in laqueū magnū diaboli. ⁊ in desideria multa iutilia que mergūt hoīez in interitū. Nā ꝓpter hoc aliq̄s desiderat furari. fenerari. decipe ⁊ alia mala facere vt bēant diuitias quas inordiate amat. Scōm. s. bre diuitias ⁊ nō amare ē laboriosum. Cñ dr Ecclxxi. Beatus vir. s. diues qui inuētus ē sine macula. s. inordiati amoris. ⁊ qui p⁹ auz̄ ñ abijt. s. mēte ⁊ corpe. vt auari qui vbiq̄ terraz̄ sequūt aur̄ etiā sub terra. Sz quis ē hic. ⁊ laudabim⁹ eū. q. di. paucissimi. Lal' fuit abrabā de quo scribit Gen. xiij. q̄ erat diues in possessiōe auri ⁊ argēti. Sic et Job vt p̄z. i. c. q̄. ñ habuerit inordinatū amorē patuit ex amissiōe ipaz̄ rerū in qua pturbat⁹ nō fuit. Tertiū. s. nec bre nec amare doc ē pfectū. Unde puer. xxx. dr. Duo rogaui te ne deneges mihi antq̄ moriar. diuitias ⁊ paupertates ne dederis mihi ꝫ tm̄ tribue victui meo neccaria. Diuitie enī frequēter puertūt possessores suos. Juxta illud deut. xxxij. Incrassatus ē dilect⁹ ⁊ recalcitrauit Gen. Nō est pauper cui q̄tūcūq̄ paz̄ est satis ē. et subdit. Superflue bre cupiditatis ē neccaria bre infirmitatis ē. oīa relīquere pfectōis ē sicut fecerunt apli. vñ Pe. in p̄sona oīm dicebat. Ecce nos reliquim⁹ oīa ⁊ secuti sum⁹ te Mat. xix. ⁊ Hieron. Socrates ille thebanꝰ cū ad philosophādū pgeret magnū auri pondus abiecit. nec extimauit se diuitias sil' ⁊ virtutes posse possidere. xc. xij. q. ij. gla. Quartū. s. bre ⁊ amare. Si amenf plus q̄z deus vel ꝓtra deū ita. s. vt bñs eas patus sit facere ꝓtra dei mādata ne amittat. vel ñ subuenire i magnis necessitatib⁹ sibi notis. piculosum est ⁊ pnitiosum. vñ p̄s. Diuitie si affluāt nolite cor apponere. s. inordinate amādo. Nō aūt quare auaricia est pcūm ē ista fm. b. Tho. q̄. q̄. q. cxviij. ar. ij. Eoz̄ que ordinanf ad aliquē finē bonū eoz̄ q̄sistit in ꝓportōe seu debita ꝓmēsuratōe ad illuz finē bonū. i. q̄ sint in tali mēsura seu q̄titate q̄ pringāt ad finē. Sicut medicia que ordinaf ad finē sanitatis corpis tūc est bona qñ sumif in tali mēsura ⁊ qualitate que inducat sanitatē. maluz aūt eoz̄ que ordinanf ad finē q̄sistit in excessu vl defectu ad debitū finē. Sicut medicina purgans tūc ē mala qñ ñ euacuat sufficiēter malos humores vel qñ nimis euacuat ita q̄ etiā bonos auferat. talia aūt bona sunt ordinata a deo ad sustētatōz hoīm Querere igit' ea ⁊ tenere vel desiderare ñ solū ad sustētatōz sui ⁊ suoz̄ ꝫ ad superfluitatem ⁊ vanitatē vicios um ē ⁊ malū. q̄z excessus fit a debita eoz̄ mēsura. Sz q̄z etiā ñ lz vti indebitis mediis vt ad debitū finē ꝓueniat fm. b. Tho. q̄ fm aplm ad Ro. xij. Non sunt facienda mala vt veniāt bona. Dicit est q̄ ñ lz quererevel desiderare talia ec ꝓpter sui sustētatōz per idebitos modos. vt per furtū vsurā fraudulētiā ⁊ hmōi.

Quātū ad secūdū .§. II

principale. Sciēdū q̄ vicū auaricie ꝓpue aggrauat hoīez ⁊ vt graue inclinat ad cēz̄. ita auaricia p̄ ceteris ad cēz̄ inferni deiicit. Cōiter enī auari sunt obligati ēkōibo⁹ dediti iniustis lucris ⁊ cū saluari ñ possint ⁊ centz̄ inferni debere. nisi alleuienf p̄ restōnē ⁊ dimissionē illicitoz̄ lucroz̄ pon⁹ cū pondere pcōz̄ volūt ad inferna descēdere ꝫz̄ q̄sueta mala relinquere. quinimo fm Hiero. Cetera vicia hoīe inueterascēte senescūt. sola auaricia iuuenescit. Et rō nasal' est fm Tho. vbi supra q̄z senes ꝓpter defectū nasalē auidi⁹ exterioꝝ rū rez̄ requirūt subsidia. sicut oīs indigēs querit sue indigētie supplemētū. nec tñ excusaf a pcato si ꝓtra rōnē appetat. Et precipue cū ipa nasa doceat q̄z oē qđ ātiquaf ⁊ senescit ꝓpe interitū est fm aplm ad Hēb. Et cū iterierit ñ sumet oīa secū fm p̄s. i. aliqđ suoz̄ bonoz̄. Nō de facili dz ꝓtēnere oīa cogitādo in breui ee morituz̄. igit' filij hominū vsqz̄quo graui corde. i. ī auaricia que vos grauat ꝓmanetis. Facilius ē camelū p foza. acus trā. q̄z diui. intra. in re. ce. ait x p̄s. Mat. xix. Ubi Hiero. Recte diuites camelis ꝓpanf q̄z sicut cameli cū deposuerīt gibbū ⁊ graue sarcinā ponderū p̄ cruna ac⁹. i. p̄ angustā ⁊ artā viā intrare ⁊ trāsire p̄nt. ita supbi ⁊ diues si dimittūt gibbu. i. amorē inordinatū diuitiaz̄ ⁊ sarcinā pcōz̄. d' facili intrabūt p̄ artā viā in regnū celoz̄. Ixc Hiero. fm mgrm historiaz̄. acus erat quedā porta ciuitatis hierosolime valde arta p̄ quā ñ poterant intrare cameli nisi deposita sarcina. Undif aūt hoc pcūm ē graue. q̄z ē ꝓtra deū ꝓtra ꝓxim ⁊ cōtra seip̄m fm Thom. q̄. q̄. q. cxviij. ar. i. Peccat auarus ꝓtra deū inq̄tū ꝓpter bonū tpale diuitiarū ꝓtēnit bonū eternū. Cñ ⁊ auaricia dicit aplā

Capitulū Primum

ad Eph̄x. v. idolor̄ seruitutē. qz affectū quē fideles exhibent deo ꝛ sollicitudinē. auaro exhibet pecunie. Et sicut idolatra subiicit se creature exteriori ita auar⁹. Iz ñ eodē mō. qz idolatra subiicē se creature quo ad cultū vt exhibeat ei cultū diuinū ꝫ auarus subiicit se pecūie inordinate ꝫcupiscendo eā ꝙ ad vsuz. Et iō ꝛ si graue pc̄m non sit cōtrā idolatria. Itē ꝑm Chrisa. auaricia assimilat idolatrie. qz sicut idolatre venerant reliquias ꝛ idola nec ꝑ reuerētia audēt ea tāgere ita multi venerant pecūias ꝛ eis vti nesciūt. ꝫ vt sacra ꝺponūt ꝛ filijs ꝛ neponib⁹ tractas ꝙseruāt. Itē ꝑm Amb. cōparat auaricia idolatrie. qz sicut idolatra nititr auferre glām deo ne solus deus nomen deitatis obtineat. ita auarus in dei res se extēdit vt solus vsurpet que de⁹ oīb⁹ fecit. Ultraqz sunt inimica deo. qz negāt deo que sunt eius. Itē auar⁹ peccat in p̄im cū. s. plus debito accipit ꝛ ꝙseruat pecūias ꝛ bona alia tpalia in dānū ꝛ nocumētū ꝓxor. Cū. n. bona tpalia ñ possint sil' possideri a multis nō pōt vnus bō in tpalib⁹ supabūdare nisi alteri deficiat. ꝛ sic auaricia est directe ꝓtra primum vī Amb. Esurietiū est panis quē tu detines nudor̄ vestimētū qđ recludis. miseror̄ pecunia quā in terra defodis. Cātor̄ ꝫ te scias ꝺuadere bona ꝫtis possis dare qđ velis. i. qđ debes velle. xlvij. di. sicut hi. Terrō peccat auarus in seip̄m. quia p hoc inordinat affect⁹ eius. Iz ñ deordinet corp⁹ sicut ꝑ vicia carnalia. Sustinet etiā corpus multa incōmoda cōtra rōnē. vī Gre. Oēs h⁹ seculi diuites in terrenis rebꝰ fortes sunt in celestibus debiles. Et. j. Nā famē inducitatē deiectōez sustinet. ꝛ eaz rez se ꝑ abstinētiā cruciāt ad quas adipiscēdas festinār. xlvij. di. oēs. Et Ec. vi. dicitur Est aliud malū qđ vidi sub sole. ꝛ hoc frequētius apud hoies vir. s. auarus cui dedit deus diuitias. s. quo ad mobilia ꝛ subām. s. īmobiliū. ꝛ honorē. s. dignitatis ꝛ ptātis. nec deest aie sue. i. sensualitati ꝛ vite corꝑali ex his que desiderat īo hoc mō. nec ei dedit deus ptātē. i. vsum ptātis vt comedat ꝫ alius vorabit eas. Est aūt auaricia mortale triplex ꝛ tūc grauat ꝛ deijcit ad infernuz. primo rōe equitatis quā offendit. scō rōe caritatis quā excludit. tertō rōne finis quē puertit. Primo quidē auaricia offendit equitatē q̄ñ noctz. ꝓxo ꝙ iniustā acquisitōz furādo fenerādo fraudādo et hmōi que sunt mortalia ex genere suo. qz pertinent in nocumētū notabile. ꝓxo ꝛ sunt ꝙtra iusticiā. ꝛ ñ solum ista perpetrare. ꝫ ista desiderare. s. rez illicitas apperere acquisitōes qđ ptinet ad auariciā est mortle. Et de his itelligit illud Abac. ij. Ve qui ꝙgregāt ñ sua. Scō q̄ñ quis ita amat ista tpalia ꝙ ꝛ si videret extremas necessitates ꝛ subleuare posz ñ faceret ne minuerēt ī tpalib⁹. ꝛ de his Jaco. nij. Agite nūc diuites ploratе ꝛ vlulate in miserijs que aduenient vobis. diuitie vre putrefacte sunt. auz ꝛ argētū vrm eruginauit ꝛ erugo eoz erit vobis in testimoniuz et māducabit carnes vras. Scō auaricia ē mortle rōe caritatis quā excludit. Si ei tm̄ amor diuitiaz crescat ꝙ ꝓferat caritati dei vel ꝓxi qđ ꝓtingit qñ facit vel qñ patus ē facere ꝙtra deū vel ꝓximū vt hēat diuitias l' ñ minuat vel ñ amittat. puta peierat vel festa violat aut decipit ꝓxim aut hēt aim patū ad ista h⁹ facere vt lucref. aut ñ ledat ī tpalib⁹ vel etiā de supfluo ñ vult dare necessitatē patiētib⁹ tūc est mortale. vñ. i. Jo. iij. dr. Qui habuerit substām h⁹ mōi ꝛ viderit frēm suuz necesse hēre ꝛ clauserit viscera sua ab eo. quō caritas dei est in eo. q. di. ñ bz talis caritatē dei qz facit ꝙtra caritatē ꝓximi manifeste. ꝛ deus diligi nō pōt vere ꝛ salubriter si ñ diligit ꝓxim⁹. cū hoc ipe ꝑcepit. Si quis diligit me ait xp̄s sermōes meos seruabit. Et ecōtra. qui ñ dilit me sermo. non ser-
Joan. xiij. Dīr aūt diuitie substātia l' a substādo. qz dīt substare rōni ñ dīari. Matb. vi. Non potestis deo seruire ꝛ māmone. i. diuitijs. Nō dicit ibi inquit Hieroni. ñ potestis hēre ꝫ fruire. qui ei seruus est diuitiaz eas custodit vt seruꝰ. et sic nō substāt diuitie ꝫ ꝑsunt ꝛ dīant talib⁹. Vel dīr diuitie substātia a sustēta ndo. qz dīt diligi ad sustētatōnē ñ ad supfluitatē vel voluptatē. et subdit. Et viderit frēm suuz necesse hēre. i. scire. ñ ei tenet subuenire necessitatib⁹ quas ñ nouit ꝛ clauserit viscera. s. mīe ñ dādo cū pōt. ꝛ bz. l' nō ꝙpatiēdo si dare ñ pōt nō est caritas dei in h⁹
Tertio auaricia est mortle rōe finis quē puertit qđ sic ꝓbat. Amor ē boni. Sicut aūt dupler ē bonū. s. bonū ꝓprie ꝛ principl' dictū. ꝛ sic ē bonū qđ est finis. ꝛ bonū qđ ñ est principale. s. bonū qđ est ad ñnē. ita bz ē dupler amor. s. principl' ꝛ ꝙ se boni qđ est finis. ꝛ amor scōdario ꝛ ꝙñr boni qđ ē ad finē. Auaricia igit ꝓput est inordinatus amor tpaliū rez. ita ꝙ in eis finis ꝙstituat. sp̄ est mortale. cuī rō est. qz auerti ab īcōmutabili bono ē peccatū mortale. ꝫ ꝙuerti ad qđcūqz ꝙmutabile bonū creatū sicut ad finē facit auersionē ab incommutabili bono quod debet esse vltimus finis. eo ꝙ non possunt esse plures vltimi fines. ꝫ auaricia incurrit fruitur tpalib⁹ bonis. sp̄ est mortale. hec Tho. in. q. de malo. ꝛ hoc mō dicit apl's ad Eph̄x. v. ꝙ oīs auarus non bz hereditatē in regno xp̄i ꝛ dei. i. nl's auarus qui. s. ꝙstituit finē in diuitijs. Veniale aūt esset qñ quis inordinate diligeret tpalia ꝫ circa deū. nec ex hoc trāsgredit vel patus est trāsgredi aliqđ ꝑceptoz. Qz aūt sit nō solū mortale ꝫ valde graue oīdit ex hoc. qz ꝙtra nobilissimas vtutes vt puta ꝙtra pietatē ꝛ misericordiam que est maxima inter eas que sunt ad ꝓximū. vñ Amb. Dis summa xp̄iane religionis in mia ꝛ pietate ꝙsistit. Est ꝙtraria iusticie que est omnis virtus ꝛ neqz hesperus. neqz stella. neqz

lucifer est ita clarus vt dicit pbs. Justicia enī tenet mediū inter supfluū ⁊ diminutū. Auaricia aūt excedit in accipiēdo ⁊ deficit in dādo. qz accipit plus cū dz ab alijs furādo rapiēdo fenerādo fraudādo ⁊ hmōi. Et min⁹ dat cū dz sibi ⁊ aliorū necessitatibꝫ cū pōt ñ subuenīēdo. Est etiam ꝓtraria virtuti liberalitatis que facit hoīem alijs gratū vñ Boe. Largitas claros. i. famosos facit auaricia vero odiosos. Cū ei virtus liberalitatis mediū teneat circa acceptōnem ⁊ datōz pecūiarū liberalis vtrūq; facit sicut optet. Nā ad decentez datōnē sequit̄ q̄ sit decēs acceptō. Liberalis enīz primo recte se hz in datōne eo q̄ ipe in dādo obseruat regulā rōnis inq̄tū ipe dat quibꝫ oportet q̄ñ oportet ⁊ quid oportz ⁊ cūtū oportet ⁊ qūo oportz obseruādo sp debitas circūstātias que ad rectā datiōnē exigunt̄. Scdo liberalis se recte hz in acceptione ⁊ p̄cipue quatuor mōis. Primo qz accipit vñ oportet. qz a ꝑsōis possessoribꝫ. Scdo accipit cūtū oportet. qz min⁹ sibi relinquit cū alijs det eo q̄ paucis ipe est ꝓtētus. Tertō accipit qūo oportet. qz pauca ⁊ in necessitate libenter aūt dat. ⁊ ꝑ pterea interdū minora dās liberalior iudicatur. Quarto accipit eo fine qūo oportet. Nō ei liberal⁹ appetit diuitias ꝓpter ipas ꝫ solū ꝓpter datōz. Auarus vero inordinate se hz in bis duobꝫ. s. in acceptōe ⁊ datōe pecuniaꝝ. vt pz discurrēdo per singula. ꝫ Tho. ij. q. cxviij. arti. iij. ⁊ in scriptis Etbico. li. iiij. c. ij. Et cūtus auaricia sit valde graue pctūm. ñ tñ maxim oīum. nā magnitudo peccati pōt attēdi ex tribꝫ. Primo ex parte boni q̄ offendit̄ vel ꝓtēnit̄ ⁊ sm hoc tāto peccatū est grauius cūto bonū q̄ ꝑ pctm offendit̄ ꝓtēnit̄ vt corrumpit̄ est nobilius vel maius. ⁊ sic pctm cōtra deū est grauissimū. qz p hoc ꝓtēnit̄ summum bonū. Scdo attēdit̄ magnitudo pctī ex pte damni q̄ infert̄ ⁊ sic iter pcta que in pxim omittuntur tāto pctm est grauius cūto dānū est grauiꝰ pxio illatū. vñ homicidiū grauius ē adulterio ⁊ adulteriū grauius furto. Tertio pōt attēdi magnitudo pctī ex pte boni cui quis inordinate subijcitur cūto ei bonū ē minus tāto pctū deformiꝰ. Cum aūt inter bona hūana tpalia sunt mīma. qz mīora cū bona corpis. ⁊ bona corpis cū bona aie. ideo qz inordinatus appetitus auari subijcit̄ minimo bono. s. rei exteriori. nō sm hoc auaricia ē turpiꝰ ⁊ deformius. Et ꝓpter hoc dr Ec. x. Auaro nihil est sceleſtius. i. ad pctū ꝓnius. qz ad oīa vicia auarus inclinat̄. vel sceleſtius. i. turpius vl vilius. qz ꝓfert bonū ꝓmutabile mīmū bono incōmutabili summo. Et subdit̄ ibi. Nichil iniquiꝰ cū amare pecuniā. qđ intelligit̄ triplr. Iniquus. i. equitati naturali magis ꝓtrariū cū amare pecuniā. scz plus debito acquirēdo vel retinēdo qz sm legem cōem nature oīa erāt cōia. Scdo mō dr inquius. i. insatiabilius cū amare pecuniā. s. inordīate. qz uncꝫ satiat̄ Joan. iiij. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterꝫ. Tertio mō dr iniquius. i. inequalius qz auarus dat ⁊ ꝓtēnit bonū eternū ꝓ tpali. vñ de subdit. Dic ei aiam suā venalē hz. i. vitā suaz natalē exponēs se picul⁹ vel aiam. i. spm̄ suum. et subdit̄. Proiecit ei intima sua. i. vitā corpalē nō curādo de ea vt lucret̄ vel intima sua. i. virtutes oēs abijciēs vt lucret̄ vel intīa. i. intimos amicos qz auar⁹ nll'm hz amicū. vel intima. i. viscera pietatis ⁊ mīe. Cñ Tulli. in li. de officijs. Nihil tā angusti animi nec tā prauī cū amare pecuniā sz inordinate. hec. b. Tho. ij. ij. q. q. supra. Et Alexā der in scda pte. q. xlij.

Quantum ad tex. §. III.

tiū. s. de effectu eius. Sciēdū q̄ multa vicia ⁊ q̄ si oia ꝓcedūt ex auaricia. vñ subdit̄. Queritꝰ mēdaciū. i. diligēdo inordīate tpalia. qđ ptinet ad auariciā. queritis mēdaciū. i. pctm̄. Dī aūt pctm̄ mēdaciū iuxta illud. Dis homo mēdax. i. pctōr. ex eo q̄ pctm̄ ē ꝓtra veritatē vite. tū qz ñ adequatur ītellectui dīno nec hūano actus pcti. ꝫ cōtra lumē natale est. tū qz pctm̄ sub spē boni recipit hoīem trahendo ad malū. Procedit nāq; ex auaricia superbia. cū ex diuitijs hō superbiat. ⁊ vidē sibi oia dēre subijci. Augº. Hermis diuitū superbia orit̄ ⁊ luxuria. Cñ xps diuitijs adiūxit voluptates di. A diuitijs ⁊ voluptatibꝫ eūtes suffocātur Lu. viij. Hinc ira flāmescit si impediunt̄ ei⁹ luc Latescit inuidia si alius sit ditior eo. Desciscit accidia si ñ lucret̄ vel amittat quesita. Tristat̄ sup modū ⁊ sic de alijs. Precipue tū ꝓcedūt ex ea illa que dñr filie eius. rōe quoꝝ dr vicia capitale. scz septē que ponit Gre. in mora. Dr ei aliquod vicia capitale sm Tho. ij. ij. q. cxviij. ar. viij. illud ex quo oriūtur alia sm rōnem finis. Finis enim cum sit multū appetibilis p eius appetitum homo ꝓcedit ad multa facienda bona vel mala. finis aūt maxime appetibilis ē beatitudo seu felicitas que est vltimus finis hūane vite. Et iō cūto magis aliquid ptinet ad ditōes felicitatis tāto magis ē appetibile. Est aūt vna de ditōibꝫ felicitatis vt sit p se sufficiēs. alioquin ñ quieteret appetitū tācū vltimus finis. Sz p se sufficientia maxime repromittūt diuitie vt Boe. ait in. viij. de cōsolatōe. Cuius rō est q̄ denario vtimur quasi fideiussore ad oīa hūda. vt dicit phūs in. v. Ethi. Et ad idē dr Eccle. x. Pecūie obediūt oīa. Et iō auaricia que cōsistit in appetitu pecūie ponit̄ vicium capitale. Nec obstat q̄ liberalitas que opponitur auaricie ñ est principalis virtus. Nō enim oportz q̄ principale vicium opponatur principali virtuti. Nam virtus perficit̄ secundum rationem. vicium aūt sm inclinatōnem appetitus sensualis. nō autem ad idem genus principaliter respicit. ratō et appetitus sensitiuus. Item ñ obstat q̄ auaricia

Capitulū Primum

ipa ex alio vicio aliqñ oriaf. cū dicat Gregof. q aliqñ orif ex elatõe aliqñ ex timore. qz nihil prohibet viciū capitale ex alijs interdū oriri. duz tñ alia vicia soleāt ex eo plerūq; nasci. Itē ñ obstat q dinitie circa quas ē auaricia ñ hñt rõnē finis 8 magis rõnē eius qđ est ad finē. qz inq̄stū pecunia ē vtilis ad oīa sensibilia q̄ quirēda ptinz quo dammõ virtute oīa. r iõ bz quādā silitudinē felicitaf. b. Tho. ij. ij. q. vbi supra. Itē cum pcā carnalia dicanf illa que pficiunf in delectatõibz. q̄ s. sensu carnis ꝓplenf. vt delectatio ciboꝝ. r venereoꝝ. Spūalia aūt pcā dñr que pficiunf delectatõibz spūalibz absq; carnis delectatõne vt que ꝓplenf in sola aīe apprehensiõe. qz auaricia ē hꝰ. delectaf eī auarꝰ in eo qđ ꝓsiderat se possessorem diuitiaꝝ. r iõ est spūale pctñ ſm Gre. Cuius enī sit circa obiectū corpale. s. diuitiaꝝ ñ querit tañ delectatõnē corpalē 8 solū aīalem. s. put delectatur in hac ꝓsideratõe q̄ diuitias possideat. rõne ñ obiecti quod est materiale. b. Tho.

Sunt aūt he .§. III.

filie auaricie septē. Prima ē obduratõ cordis misericordiā. que alio mõ dr inhūanitas. r p hoc. qz primo auarus excedit modū in retinēdo. Scdo excedit auarus modū in accipiēdo. Et hoc triplr. In corde ope r sermõe. In corde quidez excedit modū acquirēdi. qz auaricia ingerit hoi sollicitudines r curas supfluas. r sic ponif filia auaricie inquietudo mētis. Scdo excedit auarꝰ moduz acquirēdi in opa. r sic er ea orif violētia ad quaz ptinet rapina. Tertio excedit modū in sermone Et cūtum ad hoc quatuor facit. Primo vtif falsacia. Scdo addit aliqñ iuramētū. r perpetratur piurium vt possit lucrari. Tertio fraude decipiēdo in ꝓtractibz. Quarto pditõe. pdendo psonas ad acquirēdū lucꝝ. Isidorus aūt ponit ix. filias auaricie. s. m endaciū. r falsum testimoniū. fraus furtū. periuriū. turpis lucri appetitus. violentia inhumanitas. obduratõ. r rapacitas que reducūtur ad. vij. que ponit Greg. Nam mēdacium et falsum testimoniū ꝓplendif sub fallacia. r furtū est quedā spēs fraudis. turpe lucꝝ ad iquietudinē reducif. Rapacitas sub violentia. inhūanitas r obduratõ idē sunt. Ista g̃ septē genera vicioꝝ dñr auaricie filie. qz ex ea oriunf sicut filie ex matre. Notādū etiā ſm Ari. nq. Ethicoꝝ. q̄ septem sunt spēs seu dē auaricie. tenacitas. parcitas. cbinibil seruit?. meretricium. aleatores. et mortuoꝝ spoliatores. quoꝝ numerus. vel sufficientia sic distinguif. qz auarus peccat in generali duobz modis. s. in dãdo. r in accipiēdo. In dando peccat tribz modis. qz aliqñ nihil dat r talis dr tenax. Scdo peccat qz parꝝ dat. r talis dicif p cus. Tertio qz si dat cū magna difficultate dat. r tūc parū. r talis vocaf cbinibilis quasi animi vēditor. qz ꝺ quis magnā vim facit. Scdo auarus peccat in accipiēdo. r hoc quatuor modis. qz scz lucraf viliter. turpiter. illiberaliter. r violenter. Primo auarꝰ lucraf viliter aliqñ et seruiliter. puta si aliqua vilia seruitia facit. r talis vocaf ꝓuitus. Scdo peccat q̄ lucraf aliqñ turpiter. puta de aliquibz actibz turpibus r vicioſis vt meretricio r hmõi. Tertio lucraf illiteraliter vt ꝺ eo quod gratis optet ꝙcedere vt faciūt vsurarij r aleatores ab amicis auferēdo. Quarto lucraf violenter. s. vim inferēdo alijs. sicut faciūt latrones vel mortuoꝝ spoliatores. b. Tho. ij. ij. q. cxvij. ar. ij. vij. r in. q. de malo.

Quod peccatum §. V

auaricie aggrauet vt dictū est supra. r q̄ pluria mala ex ea oriaf vt hic ꝺ. ostendit Gre. in. xij. mor. c. xix. vbi exponit ꝓphetiā zacharie dicentis sibi dictū Leua oculos tuos r vide quid est hoc qđ egreditur? Et dixi. Quid nam est hoc? Et ait Hec est amphora egrediēs. Et dixit. Hec ē oculꝰ eoꝝ in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabaf. Et ecce mulier vna sedēs in medio amphore. Et dixit. Hec est impietas. r piecit eā in medio amphore. r misit massam plumbeam in os eius. et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce due mulieres egredientes et spūs in alis earꝝ. r hēbant alas quasi milui. r leuauerūt ãphoꝝ inter celum et terrā. Et dixi ãgelo qui loquebaf in me. Quo isti deferūt ãphoꝝ? Et dixit. Ut edificet ei dom? in terra Senaar. Sup quibz verbis Greg. ibi sic ait. Volēs deus ꝓphete oñdere hūanū genus ex quo ab eo maxīe culpa vilabaf. p imaginē ãphore quasi patēs os auaricie designauit. Auaricia quippe velut ãphora est que os cordis in ãbitu terre i. appetitu terrenoꝝ aptū fr. qđ aūt subditur. Hec oculꝰ eoꝝ in vniuersa terra intelligif. qz auaricia designata p ãphorā ē ad quā summa vigilātia et intētō ē oīm. qz vt ꝺr Hiere. vi. Et maiores vsq; ad minores oēs auaricie studēt. et qui ad bona cognoscēda hebetes sunt et quasi ceci. circa tē poralia acquirēda et possidēda nimiū sunt acuti ſm illud Hiere. nij. Sapientes sunt vt faciāt mala. bona aūt facere nescierūt. Et ecce talētū plūbi portabaf p plūbū et in magna q̄titate. qz p talē tū designaf magna grauitas peccati que ad inferiora deprimit. Et ecce mulier vna sedēs in medio amphore. de qua ꝺr q̄ est ipietas. Gre. Im pietas in medio ãphore ptiaf qz nimiꝝ spī auaricia ipietas tenef. Et hoc siue sumaf ipietas pro infidelitate. ſm qđ pietas ei ꝓtraria ꝺr cultꝰ dei. siue sumaf p crudelitate. ſm qđ pietas ꝺr mia. Hã et auaricia dicitur idoloꝝ seruitus ab aplo ad Ephe. v. qz sollicitudinē quam debet deo exhibere nummo apponit. r auarus est crudelissimus r ad pauperes r sibi r suis in necessarijs. et

misit massam plũbi in os eius. Massa plũbi est pondus peccati qđ obstruit ita os eius. ſ. auarici am sectãtus vt nec dñm laudare valeat nec ꝓfiteri peccata sua. Nullũ eĩ peccatũ ita ītrahit hoĩez a ꝓfessione sicut auaricia. qz nouit auarꝰ absoluiſ̃ pōt nisi restituat alienũ. ī futurũ abstineat ab illicitis lucris quod necessariũ est. vt dicit de pe. di. v. negociũ. ī. c. falsas. Et leuaui oc̃los meos ī vidi. Et ecce due mulieres egredientes. In his duabꝫ mulieribꝫ duo principalia vicia accipimus ſupbiam vicz. ī inanem gl̃am. que impietati sine dubio ꝓiũcta sunt. Hã ī omis diuitũ ſupbia vt dicit Aug. Et cõiter diuites sunt auari. Et ītm ps. in multitudine diuitiarꝫ suarꝫ gloriant. Et ſpũs erat in alis earꝫ. Ale aũt habꝫ muliez sunt actões ꝓcedẽtes ex ipis vicijs ſupbia. ſ ī inani gl̃a. Spũs aũt dr eẽ in ipis alis. qz ꝑ actiones hoꝝ vicioꝝ satbane voluntati deseruiunt De quo spũ loquit Lu. xi. Cũ īmũdus spũs exierit ab hoīe ambulat ꝑ loca arida i. deuotõe priuata. Et hẽbãt alas quasi alas milui. Milu⁹ insidiari studet ſp nate pullorꝫ. qz. ſ. actões ꝓuenientes ex ſupbia ī inani gl̃a diabolo sunt files qz insidiabanꝫ ſp vite puloꝝ siue sibi siue alijs ꝑ uis sensu ī intellectu quos fraudibꝫ decipiunt Milui etiam vox est. meũ meũ. ꝑ hoc designans qz auaricia ſupbia ī inanis gl̃a querũt ꝓprũ cõmodum. Et leuauerunt amphoram inter celuz ī terram ſupbia ī inanis gloria bñt hoc ꝓprium vt eum quem fecerit in cogitatõe sua euanescere ſup ceteros extollant. ī modo ꝑ ambitũ rez. mõ per desideriũ dignitatũ quẽ captũ tenent. quasi in honoris altitudine eleuant. qui aũt est ītercelũ ī terram ī ima deserit ī tñ ſupiora nõ attigit. qz videlz ſupbia ī inanis gl̃a mẽtẽ ꝑ auariciam captã ita eleuant vt quoſcz ꝓximos despicientes. quasi deseratꝰ ī alta quasi gl̃iantes petãt. ī tñ dñ ſupbiũt ciuibꝫ ſupioribꝫ. i. angel̃is iungunt. Et cũ interrogaret ꝓphẽta quo deferretur amphora. fuit rñsum ei vt edificetur ei domus in terra senaar. Senaar interꝑtatur fetoꝝ eoꝝ. sicut aũt bonus odoꝝ ſ. edificatiõis est ex virtute. iuxta illud apli. Christi bonus odoꝝ sumus deo. Ita ecõtrario ex vicio fetoꝝ. Quia ergo qlibet malũ ꝑ auariciã gignit ꝓin illud. i. ad Thim. vi. Radix oĩm maloꝝ est cupiditas. dignum est vt domus auaricie in fetore ꝓstruatur. Scẽdũcz qz senaar latiſſima vallis est in qua turris a ſupiẽtibꝫ edificari cepit. que linguarꝫ facta diuersitate dstructa est. que turris Babylon dicta est ex ipa vicz ꝓfusione gentiũ atcz linguarꝫ. Ibi ergo amphora auaricie ponitur. vbi Babylon. id est confusio edificatur. quia per auaricie impietatem certum est omnia mala exurgere. ī demum ad Babilonem infernalem summe confusionis adducit.

Capl̃m Scdm ꝑ modũ ꝓdicatõis

Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. ps. xxxviij Et cõtruz malũ sequaf ex dõ oñdit Amb. di. Omẽs cupidi oẽs auari Giezi lepram cũ diuitijs suis possident. ī mala quesita mercede. nõ tã patrimonij facultatem cz thesaurum criminũ congregauerũt eterno supplicio ī breui fructu. i. q. i. cito turpem. ī iõ ꝓpus signãter admonuit di. Nolite thesaurisare vobꝫ thesauros sup terrã ꝛc Mat. vi. Notandum aũt qz thesaurisare vel thesauros recondere potest fieri triplici ex causa. vt dicitur in cõpendio theologi. li. iij. c. xix. Primo pōt quis thesaurisare ex prudẽtia ī ꝓsideratõe necessitatis. ī sic ꝓcedit penitẽs secularibꝫ ob necessitatẽ filioꝝ educandorũ ī filiarꝫ ꝓuidendarꝫ. non ditandarum seruato modo ī statu ꝓsone. vñ apls. Debent parẽtes filijs thesaurisare. nõ filij parẽtibꝫ. Scõdo pōt quis thesaurizare ex ꝓsideratõe publice vtilitatis. ſ. regni defendendi. cultus dei ampliandi. ī sic etiam vt licitũ conceditur principibus. seruatis tamen debitis circumstantijs. vt. ſ. ꝑ hõ dimittaf subuẽtõ extremarꝫ necessitatum occurrentiũ que sciunf. Vñ ī Dauid prepauit ī seruauit magnũ thesaurꝫ Salomõi ꝓ structõe templi. vt. p. i. Reg. Personis aũt ecclesiasticis nõ ex intentõne seruandi. Vñ Amb. Aurum babz eccia non vt seruet sed vt eroget ī det pauperibus. q. ij. aurum. Tertio ex affectu auaricie absq omĩ intentõne ꝓuidendi sue necessitati vel alicui. ī hoc modo thesaurisare est ꝓhibitũ ī mortale. ad quod facit verbum Hieroni. di. Accepisse pauperibꝫ erogãdũ ī egẽtibꝫ plurimis reseruasse. aut timidũ est. aut cautũ. aut certe quod apprime est sceleris oĩm pdonum vincit cupiditatem. q. ij. gl̃a. Contra hoc pceptũ facit auarus ꝓut dicit ps. Thesaurisat ī ignorat cui. vbi ostenditur auari triplex mala conditio

Prima insatiabilis cupiditas. qz thesaurisat
Scda culpabilis cecitas qz ignorat.
Tertia miserabilis infelicitas qz congregabit ea

Primum ptinet ad cupiditatem affectus
Scdm ad cecitatem intellectus
Tertium ad facultatem effectus. ī sic totam eĩ vitam condemnat

Prima ergo pars .§. I.

uitas est terrenoꝝ inextinguibil̃ appetitus. ī iõ dicit thesaurisat. i. congregare si cessat ꝓpter sitiz inextinguibilẽ suã. generat eĩ auaricia infinitũ ardorẽ ī insatiabilẽ sitiz. vñ Amb. di. xlvij. sicbi. di. Nec finis vnqz nec satietas aderit cupiditatibꝫ Et bifplici rõe. prio rõe dsiderij. scdo rõe mõi. tertio rõe termi. Quãtũ ad primũ. cto pl⁹ auarꝰ

Capitulū Secundū

hz tāto plꝰ silia ꝯcupiscit. Ūñ puer. iij. Ignis ſ auaricie nunq̄ dicit ſufficit. Ignis etiā nō ex tinguit̄ ex appositōe lignoꝝ siccoꝝ ꝫ augeꝝ. Ūñ ver. Crescit amor nūmi q̄tū ipa pecunia crescit Ite. Nūq̄ pecunia tristis satiaꝝ auarꝝ? Rō hui? est. q: potus pecunie ñ ibi ponit̄ vbi est sitꝫ auari. Ūñ sicut vinum in dolio nō sedat corporalem sitim. sic pecunia in bursa vel archa sitim mētis sedare ñ pōt. q̄to ergo magis hec ꝯcupia crescit. tanto etiā minus hz qđ ei sufficere possit. Talis ergo insufficiētia rer̄ maiorē esuriē ⁊ amorē rerum tpalium gignit. vñ ex. ſimil ydropico. qui q̄to plus bibit tāto amplius sitit. Sic auarꝰ q̄to amplius lucraꝝ tanto magis desiderat lucrari Proinde Ber. ait. Auarus terrena esurit vt mē dicus. Ecce hōe modi. q̄to. n. modus augēdi pecunias est facilior certior atq̄ securior ⁊ lucruꝫ maius. tāto inbianti ad incremētū illius delectabilior ⁊ suauior fit. nisi a tali excessu mentꝫ virtute homo cohibeaꝝ. sed modus ipe augēdi pecunias ⁊ spāliter per vsuram preceteris habet predictas tres ꝯditōnes. q: facilior certior ⁊ securior ⁊ per ꝓfis lucꝝ maius est. ⁊ ꝓterea ad affectum succēdēdum ad cupiditatem efficacissime operatur. Hinc Eccle. v. Insatiabil' oculus ſcupidi. Talis sanguissuge assil'ari pōt. que membro tumido delectabil'r applicaꝝ sanguinē infectum insatiabil'r sugit. Et dum infirmuꝫ mēbꝝ a putredine sanat. sibiipsi necem sugēdo ꝓcurat. Sic insatiabilis auarus dū venenosam pecuniā p auariciam bibit insatiabilē aliū infirmum quasi sanat. dū sanitate indigētem aliqñ subleuat. ſz ipse seipm occidit per peccatū. Unde. puer. penul. Que sunt sanguissuge que sp dicūt affer affer. ſz cupiditas ⁊ luxuria. Sepeq̄ ꝓtingit qđ dicitur Eccle. vij. Unus est ⁊ ſcōm ñ hz. ñ filium nō frēm nē. ⁊ tñ laborare non cessat. nec tñ satiantur oculi eius diuitijs nō. Tertio rōe termini. ſm eñ Aristo. i. Polit̄. Finis auari est augmētatio pecunie. appetitus aūt finis ſm eum est infinit? ꝓpter quod beatitudinē appetimus quasi infinitum. q̄to magis possumus cogitare. ⁊ q̄to fortius ⁊ intēsius nos valemus. Et hinc est qđ sicut ipe ait. Pecunie amatores totā suā substātiaz ⁊ industriam ⁊ potētiā ordināt ad pecūie lucrum. Preterea creatura rōnalis ad imaginē dei facta creaturis oīb occupari pōt. repleri aūt oīno nō pōt. q: capacē dei quicquid minus est deo iplere nō pōt. Insup vllū corpus in spūali ꝓtineri impossibile est. nā sicut sapīa nō pōt impleri arcba. sic nec pecunia impleri pōt aīa. Ūñ Bern̄. Non plus satiabit̄ cor hōis auro q̄ corpus aura ⁊ auarus nō implebit̄ pecunia Eccle. v. Hinc enim in figurā thesauri Jerico fuerūt anathematizati. ⁊ q: Achor tulit aliquid ex eis ꝓtra dñi māda tū lapidaꝝ fuit. vt bī Josue. vij. ad figurādum vt exponit venerabilis Gra i. q. nō. eccīa. §. se. q thesauri huius mōi non dñt transire in sortem fideliū i. non dñt fideles thesaurisare. Jerico ei interꝑtaꝝ luna. ⁊ significat mōm qui mutaꝝ vt luna crescēdo ⁊ decrescēdo in hōib̄ quo ad tēporalia. Israelite interꝑtant̄ videntes. ⁊ significant fideles. Achor significat auarꝝ qui ꝓtra voluntatem dei ꝓgregat. ⁊ ipe sñia dilapidatur dānatōis

Quidā auarus cū ꝓposuisset implere archaz p fas ⁊ nefas. deiñ a labore cessare cepit ꝓpe viuere. deiñ ad archā impletōz multiplici vicio. ſ. mendacij. piurij. fraudis. ⁊ hmōi laborare. Cūq̄ nōdum archā ipleſſz timēs diabolus ne archa ꝑpleta amitteret eū ei talr guttur ꝓstrinxit q̄ quicq̄ nō poterat deglutire. Deniq̄ allaꝝ variis cibis cepit eger clamare di. Crucior crucior. heu morior fame. ꝫ qz a diabolo strāgulor māducare ñ possum. quo dicto cū diabolo spūm exalauit.

Secūda pr̄auitaſ .§. II

est cecitas mētis. ⁊ iō dicit ig̃rat. Ig̃rātia oūt est quedā cecitas mētis p̄ci pue circa salutifera. Hē pe q̄to magis corpalis oculus ad infima indīatur terreq̄ ꝓpior fit. tanto magis restringit̄ corporeus visus. ⁊ ecōtra. si ad superiora eleuaꝝ. proinde si oculi vnius hōis eēnt in celo tota terra q̄ nobis tā immēsa vid̄r quasi breuissimꝰ pūct? ei appareret. Sic nēpe corde dīno amore suspenso atq̄ deo ꝑiūcto terrena cūcta nihil esse videntur Ꝫ ab his qui spūales oc̄los statuēt declinare in terrā magis extimant̄. q: spūali lūine priuati sunt. Ūñ de hoc ꝓphēta Dauid ait. Nō videbit interitū cū viderit sapiētes moriētes. sil' insipiens ⁊ stultus pibūt. ⁊ relinquēt alienis diuitias suas. ⁊ sepulc̄ illoꝝ domus eoꝝ i eternum. In quib̄ verbis, ꝓba tres cecitates oñdit in talibus hōmie. Pria dānatōis. Scōa derelictōnis. Tertia bītatōnis. Quantū ad primā ꝓsiderat auarꝰ q̄ sic ⁊ pauper iusti. sicut ⁊ alij mali moriunt̄ et excecatus puluere terrenoꝝ aliā vitā non credit ac p hoc dānatōnē suā ñ videt. Et q̄tum ad hoc dicit ps. Nō videbit ⁊c. ſ. oculo fidei interitū suum. ſ. eternū. Et cām hꝰ subdit. Cū viderit sapientes moriētes. i. virtuosos. hinc Eccle. ij. Oculi sapiētis virtuosi in capite eiꝰ. ſ. oculi mētales sunt eleuati ⁊ locati i capite. i. ꝛpō ñ in bis trāsitorijs. Et sequit̄. stultus. i. auarꝰ in tenebris ambulat. i. in terrenis que tenebrosa sunt vt terra. Et subdit ps. Similis insipiēs ⁊ stultus pibūt insipiēs qui futura nō intelligit nec credit. stultus qui negligit ea scire corpe ⁊ aīa simul pibūt tales auari. Scōa est cecitas derelictōnis. q: derelinquēt alienis diuitias suas. nec ecū secum asportabunt teste Job qui. xxvij. ait. Diues cuz dormierit nihil secū affert. aprit oculos suos ⁊ nihil inuenit Amb. Non sunt hōis bona q̄ secum

afferre nō valet. Sepe quoq; ad trām ꝓnigere solet ꝙ alienis diuitias suas relinquūt. Ūñ Eccle. vi. Est aliud malū quod vidi sub sole. & qui dem frequēs apud hoīes. vir cui dedit de⁹ diuitias scz ꝓmissiue. & substātiā & honorē ꝛc. que sequuntur ibi. vide qz ad ꝓpositū. Insup & ꝙsanguinei sepe alieni sunt dū auari mortē desiderāt vt habeant illa bona qđ dñs insinuare volēs ait Ysa thei. x. Inimici hoīs domestici eius. Et vere inimici illi sunt. cum sepe ꝓtingat ꝙ filij & ceteri cōsanguinei ne auarus que acquisiuit ꝑ furtū. rapinā. & fraudes. & vsuras. & ludos. & hmōi. restituat aliena malicia aut violētia impediūt ne cōficiāt testamēta & cautōes. qđ dei iusto iudicio euenit vt ñ possint cū volūt qñ cū poterāt noluerunt ¶ Tertia cecitas est hītatōis. qz q̄si opinari tales videnť ꝙ in sepulcris suis dēant hītare sp. s. ita faustuose ea ornāt & in loc⁹ sacris collocāt illa. Et de hoc subdit. Sepulcra illoꝝ domus eoꝝ in eternū. Proinde ad tales ꝑ Ysaiam. xxij. Quid tu hic. s. in ecclesia aut quis hic? quia excidisti tibi sepulcꝝ. Excidisti in excelso mēoriale diligēter in petra xꝑi tabernaclm tibi. Ecce dñs asportari te faciet sicut asportať gallus gallinarius ꝛc. Exēplū in lib. dial. de sepulto in loco sacro malo hoīe. Itē in canone Greg. Quos peccata grauia deprimūt ad maiorē cumulū dānatōis potius q̄ ad absolutōem eoꝝ corpa in ecclīs ponunť in. c. cum grauia. xiij. q. ij. Et hoc ꝓpter presumptōem ꝙmissam ab eis in vita ordinando⁹ buius sepultura ꝓpter faustū mundi. Cōiter accidit auaro qđ dicere xiij Sepultura asini sepelietur. De asino mortuo tres ptes fiunt. vna ps est pellis. & hec est eius qui possidebat. & ex h corio fit tympanū vñ boies gaudēt et tripudiāt ad sonitū eius. Scda ps s. caro est vermibꝰ. Tertia sunt ossa que exponuntur ventis frigoribꝰ et caloribꝰ duratura. Sic de auaro fiunt tres ptes Nā tpalia que sunt vt pellis remanēt suis ꝙsanguineis. vnde gaudēt & tripudiāt corpaliter. corpus vero efficiť esca vermibꝰ. aīa cū potētijs suis que sunt vt ossa pmanētia exponunť frigori & calori inferni. Juxta illud Job. xxvij. Trāsibūt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. Ita diuiti illi qui intēdebat thesaurisare sibi di. Ælia mea hēs multa bona posita in annos plurīos. fruť dictū. Et tulte hac nocte aīam tuā repetēt a te. i. demones auferēt. que aūt parasti cuius erūt? Et addit dñs iesus post istud exēplū dictuz. Sic est omnis qui sibi thesaurisat. & non est in deum dives Lu. xij Legiť in cronica martiniana ꝙ quidā dives deditus auaricie emebat blada tpe messium multa ea seruās vt caristiam induceret. sed dei iusto iudicio miserabiliť mortuus est. Nam cum esset in quodā portu in terra ad ista tractādū subito mures innumeri de terra egredientes coram omībus ascēderūt sup corpus eius ad rodēdū eū & cuz si possent eum multi a muribꝰ defendere potuerunt eum in nauim. Sed de naui tot exierūt ibi mures ꝙ nec eū ibi potuerūt defendere. sed demū a muribꝰ occisus & corrosus ē. sicut ipe ꝓmittebat blada marcescere & a muribꝰ cōsumi q̄ gruo precio vendere

Tertia prauitas .§.iij.

est seruitus miserāda. Et iō dicit ps. Cui congregabit ea. vt sit interrogatiua locutō. q. d. non sibi. qz oīa dimittet. ß alijs qui male vtent eis. et ꝓpter quā congregatōnē tradeť in manus demōiorum & eis seruiet in inferno. Et certe ista est miserabilis seruitus & infelicitas vt faciat se seruū diuitiaꝝ ad congregādū. vñ efficieť seruus diaboli ad cruciatū. auarus seruus est diuitiaꝝ. quod manifeste declarat ꝓpheta di. Dormierunt somnum suū & nihil inuenerūt oēs viri. di. in manibꝰ suis Ordo quidē congruus est. qñ diuitie sunt virorꝝ non autē qñ viri sunt diuitiaꝝ. quē ordinem peruertit auaricia. vt viri diuitiaꝝ sunt. & non econuerso. Triplex. n. seruile offm sub dñio diuitiarum auari bñt ¶ Primū ē ad obediēdū. qđ ptinet ad nūmos multiplicandū. ¶ Scōm est ad custodiēdū qđ ptinet ad ꝙseruādū. ¶ Tertiuz ad ꝙformādū qđ ptinet ad illos ad ꝙformādum ¶ Quārū ad primū officiū. s. ad obediēdū. Cāto nēpe fragrāti desiderio atq; voto tāta q̄ seruitute atq; subiectōe cordis. oris & opis. dedicať est auarus obedire nummi ad nūmos seu ad pecuniam multiplicādam. ꝙ ad p̄ceptū eius cogitat impia & iniq̄. In corde em̄ frequēter versantur studiose cogitatōes pate ad decipiēdum. circumueniēdum. fallēdū. Fabricanť cauillatōes. iniusticie. sillatōes. calliditates. puersitates. malicie. pditōes. & hmōi. Ad iussionē illius multiplicat auar⁹ mēdacia. ꝓiuria. sophistica ꝛba. frāgit promissa ꝛc. sil'ia ꝓcipiēte illo abstinet a delicatis cibis. a vestibꝰ pciosis. a solatijs. a quiete. & a somno patrat quoq; crudelitates. iniusticias. nequicias. & sil'ia. Insup ad impiū ei⁹ exponit se laboribꝰ & erūnis. Ytineribꝰ sepe. ꝓicul fluminū. piculis latronū ꝛc. i fame & siti ꝛc. que noīat aplus ij. ad Cor. xi. Sz aplus ꝓpter deū. auar⁹ ꝓpter nūmum. & qđ est miserabili⁹? qz nūmus ꝙ obedam cogit aīam suā dare in manibꝰ demonioꝝ quod ipe facit libēter vt verificeť illud Ecc. i. Pecūie obediūt oīa. s. locutiones. operationes. & cogitationes. ¶ Secundum seruile officium est i custodiendo. que. s. iam male acquisita sunt. Ynd sup Luc. xvi. Non potestis deo seruire & māmone. Glosa. seruit diuitijs qui custodit vt fuus. sed qui seruitutis excussit iugum eas distribuit vt dominus. In hoc autem manifestissimum signum est ꝙ auarus nō sit domin⁹ diuitiaꝝ nec

Capitulū Tertium

possessor ꝑfectissimō custos. qz de eis nō pōt facere q̄c quid vult etiā bonū qđ iudicat esse faciēdū. Vñ Ber. sup cant. Quere a quouis eoꝝ qui lucris ꝓpalibꝫ i nbiāt insatiabili corde. quid sentiāt de illis qui sua vēdētes & pauꝑibꝫ erogātes regna celoꝝ ꝓ terrena substātia mercātur sapienter negāt. rñdebit, pculdubio sapiēter. quere iterum cur qđ ꝓbat ñ facit nō possum inquit. qz dña auaricia ñ ꝑmittit. Nō est ergo auarus dñs eorū que bñ vidz nisi forte eo mō loquēdi quo quis dñs est ꝓpedū quibꝫ ꝓpeditus tenet qui tñ potꝰ illi dñantur q̄z seruiāt ei. & dū quodāmō videt custodire eos custodit ab eis. Sic auarꝰ cuz ipsos denarios vidz custodire māmone iussu ī custodia retinet ab eis. demū in pūcto mortis tradendus in manus demonū Tertiū offm̄ ꝑtinile est ad ꝓformādū. s. marsupio suo siue in psperis siue in aduersis. Hinc Ber. sup cant. loquit auaro di. Cōformaris burse tue tanq̄z seruus dño suo dū qđ ille necessario congaudet illi gaudēti ꝯdolet dolēti. Tu quoq̄ crescente marsupio tuo crescis pariter & animo & decrescēte pariter decrescis. Nam cōtrahꝫris tristicia dum illud euacuatur. & solueris letitia. aut inflaris supbia cuz illud impletur

Queritur cū tē .§.IIII

pre fame sint multi pauꝑes & aliquis thēologus p̄dicatoꝝ bz plēs libros in quibus studet vt possit p̄dicare & ꝓsulere vtꝫ dēat in hac necessitate. cū. s. ab alijs ñ subueniatur libros suos vendere & p̄cū pauꝑibꝫ erogare & ꝓsilia & p̄dicatōes dimittere. Rñdeo ꝑm Aler. de ales. ij. pte sūme. q. xliij. Sic. Licet ei p̄dicare ex genere suo sit maius bonum q̄z dare elemosinas. eo q̄ elemosina spūalis sit melioꝝ corpali. tñ īminēte necessitate melius est eleōsinā dare q̄z p̄dicare. Vñ & pbūs dicit. q̄ egēti melius ē ditari. i. subueniri q̄z phi losophari. Et hoc duplici rōne ꝓbat. Prima qz sine libris vel cum paucis pōt quis p̄dicare. Secunda qz ꝓsupposito q̄ ita ignarus eēt. q̄ nesciꝛz sine libris p̄dicare. dēret ad tps a p̄dicatōe abstinere vt pauꝑibꝫ subueniret nisi sciret. q̄ ꝓpter defectum p̄dicatōis hoīes irent in perditōēz. tūc enī in tali casu bz libros retinere & ñ vendere. cū euz moueret zelus aīarum & nō cupiditas librorum. Et intelligitur hoc de magnis necessitatibꝫ tūc enī hēt locū Pasce fame morientē. si nō pauisti occidisti. di. lxxxvi. c. ñ satis. Item ꝑm Alexā. vbi supra. Quāto auarus plus superflua congregat. tāto plus peccat q̄z minus ꝯgregās. & B. tuz quia magis recedit a virtute que ꝓsistit ī medio tum qz plus dānificat ꝓximum. tuz quia maioꝝ cupiditas est in eo.

¶ Capitulum Tertium per modum predicationis

Declina coꝝ meuz

deus in testimonia tua. i. in affectuz dīnoꝝ eloquioꝝ que testificantur de deo. & ñ in auaricia. ps. cxviij. Auarus dz q̄si eris i. pecunie auidus. Assimilatur aūt hydropisi q̄ facit hoiem sitire. qui q̄nto plus bibit tāto plus abundat inordinato humore. Sic auarꝰ q̄nto plꝰ bēt tāto plus appetit hēre. Vñ Aug. Fideli totꝰ mūdus diuitiaꝝ est. infideli aūt eēt nec obolus. xnij q. nij. quid dicā. i. bono xp̄iano quelibet ps minima mōdi. i. rerꝫ tpaliū est sibi ad diuitias & ꝓtērꝰ est. Dz infideli. i. auaro qui dz idolatra. vñ & infidelis ꝓ similitudinē vt dictū est si totū mōm hēret nec obolū sibi vidz hēre. Cōiter aūt hydropicꝰ nō sanat & p̄cipue in semb, ꝓpter defectū caloris naturaꝰ nisi miraculose. Vñ in euāgelio dz de hydropico posito aūt xp̄m q̄ apl̄icē suz sanauit euz Lu. xnij. Deus n. būanū qđ repit auaricie deditū ꝓmarie. ꝑm illud Hiere. vi. Dēs auaricie studet. sanauit exēplo dū pauꝑ virit & grām attulit & doctrinā mōdo di Lu. xvij. Attēdite vobis i. cauete ab oī auaricia ꝓmarie auaricia ē pcūm graue & ꝑiculosuz ad dimittēdū illa que ꝑmittūtur in male acquirēdo. & p̄cipue ī casibꝫ in quibꝫ oꝑtet facere restōnē. qz rari ad istā faciēdā se disponūt. & de hac Eze. xxij. dz. Principes ei⁹ ī medio ei⁹ quasi lupi rapiētes p̄dā ad effundēdū sāguinē & auaricie lucra sectanda. Et ꝑm hoc auaricia ex genere suo. i. ex materia ē mortle ꝑm. be. Tho. ij. ij. q. cxviij. ꝓtinet ei isto mō ad auariciaz ī iuste p furtū rapinā vsurā fraudulētiā simoniaz turpe lucꝝ & alia hmōi acquirere que dz se sūt mortalia. & ñ solū opa & etiā appetitu deliberato solū Et in hꝰ figurā declarauit dñs quedā aīalia cē imda nec dēre eis vesci. que significāt rapias et iniustas acquisitōes ꝑm. b. Tho. i. ij. q. cij. ar. nij vt gripbū qui equestribꝫ hoībꝫ est infestꝰ. & significat crudelitatē potētū & oppimētiū. Milietuz qui pascit minutꝫ aubꝫ & signat molestos pauperibꝫ. Viluū qui marie insidijs vtit. & signat fraudulētos. Vulturē qui sequit exercitū expectās ꝯmedere cadauera mortuoꝝ & signat eos qui mortes & seditōes hoīm affectāt vt. s. iñ acquirāt Struthiōez que cū sit auis volare ñ pōt. & signat deo militātes & clicos & religiosos se negocijs secularibꝫ ꝯplicātes. Nicticoraxē que ē in nocte acuti visus & ī die ñ videt. & signat eos qui ī tpalibꝫ sunt astuti & in spūalibꝫ hetetes. Accipitrē qui sunt hoībꝫ ad p̄dā. & signat eos qui mīstrāt potētibꝫ vel vsurarijs ad p̄dādū. Cignū qui ē colorꝭ multū candidi & lōgo collo qđ bz ex ꝓfunditate aque terre cibū querit. & signat ypocritas. qui p iusticie exterioris cādorē terrēa lucra quērt & dignitates & hmōi. Monocratallū q̄ auis ē ī pribꝫ oriēt̄ q̄ bz in faucibꝫ follicłos. ī q̄bꝫ primo cibū

anarus assitat ydropisi

ponit ꝙ post horam in ventrē mittit. ꝙ signat eos qui sunt nimis solliciti ad tpalia vesci. His ꝑ/fatis moralr est sibi incorpare tales mores ꝙ eis vti qō non licet. vñ apls ad Heb. vl. Sint mo/res in vobis sine auaricia. Notandum ꝙ sex sunt prauitates que reperiunt in auaricia

Prima est angustia cordis
Secunda obprobrium vite
Tertia illaqueatio diaboli
Quarta certitudo dānatōis
Quinta impenitens malum
Sexta horribilitas mortis

Prima ergo pra .§.1

falsificatō in ptubo cū. s. supponif alienus partꝰ extra de pr. ⁊ re. officij. ⁊. ff. ad. l. cornē. de fal. l. qui falsum. Et idē dicēdū qñ mulier cōiugata bīit filiū p adulteriū quē maritus estimat suū. Ho. si mulier cōcepit p adulteriū vel supponit sibi alienū partū, quicquid expēderet, p nutritione ⁊ gubernatōe illius creature ⁊ ad id in quo succederet putatiuo pri tenef totū ad restituēduz, qr furtū cōmisit ꝯtū possibile est. De hoc tñ sic dicit in sum. Rai. Talis mulier dz laborare qbuscūq modis pōt vt legitimi hēredes ñ fraudenf de hēreditate paterna caute tñ. Reuelare ei simpliciter marito, vel etiā ipi spurio, vel supposito ñ expedit absolute s. ⁊ sine distinctōe vt dicit ibi glo. tū qr forte ifm, puenirēt homicidia ⁊ adulteria. tū qr maritus forte dimitteret eā, ⁊ nō valētes forsitā prinere vterꝯ adulteraref, tū forte qr nō crederēt sibi. Ita ergo, pcedat. Reuelet factū suū in pnīa sacerdoti prochiali vel alteri magispito. ⁊ postea cū ipo vel sine ipso reuelet epo in pnīa. Et tūc eps vel etiā sacerdos sit tāte discretionis, vel maturitatis sit, vel quod tutius ē ambo diligēter inquirāt simul. ⁊ caute si spurꝰ vel suppositus sit bō spūalis timēs deū. Quo iuento vocēt eū secrete coā muliere, ⁊ si videbif expedire recepto prius sacrō, a muliere q nō calūniose, pcedat, ⁊ etiā ab illo q factuz secretum tenebit poterūt reuelare sibi ⁊ inde cōsulere q ingrediatur religionē, vel q trāsferat se ad longiquaz regionem. ⁊ sic nihil percipiat de bonis illiꝰ quē credebat esse prēm. hoc Rai. Idez Guil. ⁊ Hosti. Et addit Hostiē. q etiam ipsa mulier potest marito reuelare si non timet sibi periculū, sicut sunt alique mulieres que dominanf viris ⁊ etiam alique scienter viris adulteranf, ⁊ filios ab alijs susceptos scienter ipsi viri nutriūt tāquaz suos. Et in bmōi casu consulendum est q reuelet marito. ⁊ sic eo assentiente absoluta est mulier quantum ad restitōnem. quia concessum ē marito disponere de suo sicut placet. hoc Hostiens. Si vero illi spurio vel supposito non potest fuelari sine periculo, vel etiam marito. aut etiam si facta reuelatione tali filio scdm dictam formam non vult acquiescere consilio, tunc iniungatur mulieri q de sponsalitio suo ⁊ alijs rebus quas habet vel in futurū habere poterit, satisfaciat iuxta posse, volens semper de peccato. et si nō potest plene satisfacere, ppōat firmiter in aīmo q satisfaciet ꝯcito poterit. ⁊ sic erit in bono statu argu. xix. q. v. Hoc videtur. ⁊ extra de pe. ⁊ re. Officij. vbi ponitur talis casus. Dicta aūt satisfactio fiat mediante psona discreta secrete ⁊ caute. ⁊ sub bmōi verbis. Quedam persona tenetur vobis in hoc accipite. Idem Guil. ⁊ Hosti. qui etiam addit q satisfaciat etiam hēredibus ab intestato vel etiam scriptis. s. in testamento. Satisfaciet etiam vt dicit Innocen. illis quibꝰ verisimiliter credit q sua reliquisset, vel si hoc nescitur detur pauperibus. Nō si mulier non haberet quid daret. tunc f̄m Inno. si habet, pbatōes per quas releuare posset successores predictos a damno, qō habent sua occasione debet eas adducere nisi ide esset graue malum, puenturum, tunc enim non debet facere quia minus malum est damnū rez ꝯ corporum ⁊ animaz. Et idem est in similibus Si vero non bz, pbatōnes fileat. ij. q. vij. Plerū ꝯ. Filius autem buiusmodi spurius vel suppositus vt dicit Guil. non tenetur soli mlieri credere, precipue cum multe sint malicie et fallacie mulierum, vnde si in sana cōscientia perseuerat credo in toto q excusatur per ignorantiam inuincibilem facte deceptionis de percipiendis. Sire ro honestas femine et alie probabiles circūstantie faciunt ei probabilem conscientiam de retinendo facti. et vult turiorem viam tenere nil vltra percipiat. De ceptis autem ⁊ iam consumptis ꝯdiu habuit bonam fidem cōsuluit Rai. q filii

Capitulū.xix.

tuat vel cōponat. vel remissionez petat p aliquaz aliam psonā tacito negocio. Dicit tñ ad hoc nō eē talē cogēdū si de facili ñ pōt ad hoc induci Vz de cōsumptis Vl. simpliciter dicit talē nō teneri Satis cōcordat Io. Neapolis in ql̄ibet. Et addit nō solū si piculū psone immineret. sed etiaz amissionis fame ⁊ sine piculo vite non videf q teneaf manifestare si hoc pbare non potest.

Quinto fit falsifi .§.ix

catio in iudicio. vt qñ iudex ptra leges ⁊ iura pnunciat. sic̄ iudex in sentēciando iniuste. ff. e. l. i. vel q̄ falsaz legē vl canonē cui⁹ auctor ignoraf allegat. sicut faciūt interdū aduocati iniustā cām defendendo. ff. ad. l. corne. de fal. l. i. vel etiā corrūpentes testes aduocatos ⁊ iudices. ff. e. l. i. Sed de hoc ponetur speciale ca. sequens.

Capitulum. xix. de iniusticia q̄ fit in iudicijs. et q̄ ad iudicē ⁊ q̄ ad accusatorē. ⁊ q̄ ad reū. ⁊ q̄ ad testes. ⁊ q̄ ad aduocatū. ⁊ quo ad pcuratorem.

De iniusticia que

fit in iudicijs q̄ fit frequēcius ex auaricia pcedit. ꝓm illud Ysidori li. sniaz. Citoviolaf iusticia auro. xi. q. iij. paup. Cñ ⁊ dñs in veteri lege mādauit iudices instituī qui oderint auariciā. Cōtra aūt iniuste iudicātes inuebit pōs. dicēs. pōs. lxxi. Usq̄q̄ iudicatis iniq̄tatē ⁊ facies pctōz sumitis? Iudicate egeno ⁊ pupillo. Ubi tria notantur. Primo reprehendit platio iniusta sniaz ibi. Usq̄quo iudicatis iniquitatē. Secōo arguit acceptio indebita psonaz ibi. ⁊ facies pctōz sumitis. Tercio precipit subuentio miserabiliū ⁊ oppressorum ibi. iudicate egeno ⁊ pupillo.

Quātū ad primū .§.i.

Sciendū q̄ iniquitatē iudicare ē iniuste ⁊ iniq̄ iudicare. Dicit. n. iniq̄tas q̄i inequitas. i. nō eq̄tas. Equitas aūt ad quā intendere dz semp iudex fm iura est severitas instituta dulcore misericordie tpata. Iniquē g̃ iudicat qui ptra equitatem ⁊ institiā iudicat. ⁊ hoc multipliciter. primo iudicādo eū qui nō est sibi subiect⁹. vt laic⁹ clericū. ⁊ pelat⁹ nō subditū sibi. Cōtra cui⁹ psum prionē inuebit apls Ro. xiiij. Tu autē q̄s es o homo qui iudicas alienū seruū. Cñ ⁊ in figurā dñs precepit. q̄ trāsiens p alienū agrū nō mitteret falcē in messez alienā. s. falcē iudicij in nō subditos. vt expoit Gre. vi. q. iij. scriptū. Secōo iniquē iudicat q̄ de bis q̄ deo sūt refuata iudicat vt de occultis. Cñ apls. i. Cor. iiij. Nolite aūt ꝑs iudicare q̄usq̄ veniat dñs. Et Urban⁹ papa. De manifestis quidē loq̄mur. secretoz. n. ignitor est deus. xxiij. di. Erubescāt. Tercio iniq̄ iudicat qui post posito ordīe iudiciario iudicat vñ post multa. c. ij. q. i. cōcludit Gratian⁹. §. his oībus. q̄ nullus ē pdēnand⁹ nisi iudicio ordīabiliter hito. aut cōuincaf. aut sereū pfiteaf. Et Io. xxi. dicit de se. Cām quā nesciebā diligēcissime exquiebam. Quarto iniq̄ iudicāt qui p pecuniam sniaz pferūt cū dicat Aug. Non licet iudici vendere iustū iudiciū. xi. q. iij. Sed hoc ecē facit et optīe qđ bī. q. ea. Qui nō recte. Cñ ptra tales inuehit Micheas pphēta. iij. c. di. Iudices eius in mūeribꝰ iudicabant ⁊c. Et paulo post in punitionē talis crimis dz. Idcirco syon q̄si ager arabitur. Quinto iniq̄ iudicat q̄ ex leuibꝰ suspitionibus nō sufficiētibus pbationibꝰ sniam pfert. qđ fiendū nō eē dicit Celestinus pp̄ dicens. Primo sp̄ oia diligēter inq̄rite vt cū iusticia et claritate diffiniatis. Neminē cōdēnetis añ vez ⁊ iustū iudiciū. nullū iudiceris suspitiōis arbitrio. Cui⁹ figurā ⁊ exemplū dñs cū audisset clamorē sodomoz de eoz iudicio noluit iudicare seu pferre sniam cū oia sciret nisi prius oculis videret p angelos inq̄rens vt patz Gen. xix. Sexto iniq̄ iudicat q̄ ad iudicandū non zelo iusticie vl rōe s passione mouef odij. amoris. timoris vl ambitiōis. sic̄ iudei ex odio. Pilat⁹ ex timore iniusto ptra xp̄m pcesserūt. Cñ. i. Pe. ij. ca. de Tradebat aūt iudicāti se iniuste. Cñ Gre. dicit q̄ q̄ttuoz mōis puerit būanū iudiciū. Ex more. dū meru ptātis alicui⁹ loqui p̄mescim⁹ Cupiditate. dū premio animū alicui⁹ corrūpim⁹. Odio. dū ptra quēlibet aduersariū molimur. Amore. dū amico vl̄ppinq̄ pstare aliq̄d intendimus. xi. q. iij. quattuoz. Septio iniq̄ iudicat qui existētes in sil̄ibꝰ pctis vl̄ grauioribꝰ. ⁊ pcipue notoriis reos pdēnat. Sed qđ facit quod ait apls Ro. ij. In q̄ aliū iudicas teipm cōdēnas. i. cōdēnabilem ostendis. Hoc em̄ aliū scandalizat fm. b. Tho. se. se. q. xxxiij. q̄ nō videf facere ex iusticia s ex supbia ⁊ ostentatiōe. Unde ⁊ dñs de adultera dixit Io. viij. Qui sine pcto est vestrū primus in illā lapidē mittat. Non tñ dz crimia dimittere impunita. sed pponere emendationez in se. ⁊ cū būilitate cōdēnare. ⁊ nō peccabit. Hic ⁊ Amb. sup̄ beati immaculati ait. Iudicet de alterius errore qui nō habet qđ in seipo condemnet. Iudicet ille qui nō agit eadē que putauerit in alio punienda. ne cū alium iudicat in se ferat sniam. Iudicet ille qui ad pronunciandū nullo odio. nulla offensiōe. nulla leuitate ducatur. Et infra. Discite iudices seculi quē in iudicando tenere debetis affectui sobrietatis inquā. ⁊ sinceritatem. iij. q. vij. iudicet. De processu aūt iudiciario ⁊ de pluribꝰ peccatis que fiunt in iudicādo habes infra in tercia parte ti. ir.

Quantū ad se= .§.ii.

cundū principale acceptio psonaz replxnditur

.i.

cum dicit. facies ꝓcatorū sumitis. q. d. male facitis sumendo facies ꝓtōz. Sumere facies peccatorū est respicere ad ꝑsonas potētes ⁊ diuites ⁊ nobiles. qz cōmuniter sunt ꝓtōres ⁊ sic nō ꝑ misericordia cause sed intuitu potentie, diuitiaꝝ. consanguinitatis. amicicie ⁊ hmōi ꝓ talibꝫ iudicare. qđ ꝑtinet ad acceptionē ꝑsonarū. Sed vt dicitur extra de re. iur. li. vi. Accipere ꝑsonā in iudicio nō est bonū. imo ꝓhibitū dicente dño. Vt magnū ita ⁊ paruuꝫ audietis. Debent em̄ iudices dñm oīm ⁊ supremū iudicez imitari. de quo ait. Petrus apls Actuū. x. In veritate comperi q nō est acceptor ꝑsonaꝝ deus. vel etiā qz facies significat ꝑsciam ꝑ̄m illud Treñ. iiij. Denigrata est sup carbones facies eoꝝ. i. conscīa ꝓtōrum turpis effecta sordibꝫ viciorū. Sumere facies ꝓtōrum in iudicio est iudicare ꝑm conscīaz quā sibi faciūt ꝓtōres qui nō curant agere contra iusticiam dūmodo seruiāt ⁊ cōplaceant amicis et diuitias ⁊ glorīā consequant. Refert Pe. de palu. in. iiij. q in Francia dū quidā foderet i agro suo inuenit būanā linguā viuā loquentē. Et interrogatus q̄s esset. Respondit fuisse linguā hominis pagani qui iudex fuerat diu in pagamsmo mortuus ⁊ sepultus, ⁊ qz nunqꝫ dederat sentētiam iniquā, iō deus reseruauerat illā aiam̄ in illo mēbro sue lingue quousqꝫ baptismū reciperet. Cū ragauit q significaret hoc eꝑo locivt veniret ad baptizandū eū. Et hoc esset signū veritatis ꝓdictorū. si ipa lingua baptizata subito in puluerem reuerteret. Et duocatur utraqꝫ ep̄s cuz clero ⁊ populo. Et post locutionez ipius lingue de ꝓdictis corā oībus baptizata subito resoluta est in puluerē. Vel etiā sumere facies ꝓtōrū est iudicare de rebꝫ ꝑm apparentiā ꝓout faciunt ꝓtōres nō ꝑm existentiā ⁊ put sunt. Contra q̄s ait saluator. Nolite iudicare ꝑm faciem, sed iustum ⁊c. Joban. vij.

Quātum ad ter .§. III.

cium. Mandat iudicibꝫ vt debeant subuenire paupibus ⁊ pupillis dic. Judicate egeno et pupillo. tales em̄ cōiter opprimunt ab altis. Unde Ysi. in li. sniaꝝ. Paup dū non hz qđ offerat nō solū non audit. sed etiā cōtra iusticiaz opprimit. xi. q. iij. c. paup. Et p Ysa. dñs ait. Pupillo nō iudicant ⁊ cā vidue nō ingredit ad eos. Non sic egit Traianus impator ⁊ si etbnicus. sed cāz vidue sibi q̄relam ponētis de filio occiso a filio ipius impatoris patiēter audiuit. ⁊ iustissime iudicando sententiauit. Sic filie Salphaat quinqꝫ orphane ī ꝓpetitiōe sua iuste fuerūt a iudice Moise populi israel audite ⁊ exaudite. Sic sanctus Yuobitanus cās orphanorū ⁊ pupillorꝫ tota potentes efficaciter defendebat. Et sanct⁹ Ludouicus rex Francoꝝ ip̄oꝝ grauamīa diligentissime subleuabat. Tenentur. n. iudices ad hoc ex officio. De ip̄is. n. dicit Veritas cū mūme defensat oppressi. Negligere quippe cuz possis ꝓturbare puerios nihil est aliud q̄z fouere. Nec caret scrupulo socieratis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. di. lxxxiij. Error. Sed ⁊ Gratian⁹ ꝓbat q viduis ⁊ orphanis tenent ep̄i auxilium prestare ⁊ cōtra improborꝫ violētias ꝓtectionis patrociniū nō negare. di. lxxxvij. p totū. Ubi dicit glo. q viduis. pupillis. libertis ⁊ oppressis tenetur ꝓlat⁹ patrociniū prestare. Et sup. c. licet dis. ea. dicit glo. q pauꝑum ⁊ oppressoꝝ cause et pegrinorū spectant ad eccl'iam. extra de ver. sig. sup quibusdā. Spectant etiā ad iudicium regis vt. xxiij. q. v. Regū est. Item tutelā miserabiliū ꝑsonaꝝ. pupillorꝝ. orphanoꝝ ⁊ viduaꝝ. oēs p̄nt suscipe clerici ⁊ monachi. vt dicit di. lxxvi. Pervenit cū glo. Monachi tñ nō sine licētia suoruꝫ superioꝝ. Ꝑñs deus etiā ꝓmittit eas iuuare ꝑs. Viduam eius benedicens benedicam ⁊c. Et ꝑs. Orphano tu eris adiutor.

Notādum au .§. IIII

tem q in iudicijs concurrūt quinqꝫ genera ꝑsonarū. s. Judex ad sententiandū. Actor ad accusandū. Reus ad rñdendū. Testis ad ꝓbandū. ⁊ advocatus seu ꝓcurator ad defendendū. Et quēlibet horꝝ exauaricia cōtingit perpetrare peccatum qđ cōmuni nōie iniusticia nūcupat. Cū de singulis horꝝ videndū est. Et primo iudex ꝓmittit iniusticiā cū ꝓfert iniustā sniaz. ⁊ hoc pōt esse ꝓ certā sciam aut ꝑ ignorantiā aut ꝑ negligēnā Et cū hoc facit primo modo. s. aduerter. peccat mortaliter ⁊ multū grauiter. qz agit cōtra deum cuiꝰ officio fungit. Dicit em̄. Dei est iudiciū et cōtra bonū cōmūe qđ cōseruat ⁊ ꝓmouet ꝑ iusticie executionē ⁊ cōtra charitatē ⁊ iusticiā erga illum cōtra quē ꝓfert sniam. ⁊ grauiꝰ est rapina. vñ tenet ei de oīi interesse in casu q ille ꝓ q̄ deuit sniam iniquā nō vellet. vel nō posset satisfacere. Rō est. qz occasionē seu cām efficacē dedit dāni vānum q̄ deuisse videt. extra de iur. ⁊ dā. da. c. si culpa. Cū glo. sup. c. Hoc etiā placet. ij. q. vi. dicit q si iudex ꝑ dolum vl' grām vel odiū vel ꝑ pecuniā male iudicauit. punitur in verā litis estimationem ⁊ infamis efficit. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. l. ij. Et vltra restitutionē ꝑm lepes multas alias penas sustinere debet. Et q̄uis in foro iudiciali nō cogatur ad restitutionē vel alias penas nisi convictus vel ꝓfessus. tñ in foro penitentiali seu cō scientie absqꝫ conuictiōe tenet ad restitutionem omnis damni leso vt dictum est ꝑm Rai. ⁊ Hosti. ⁊ Ul. Et debet ei imponi penitentia tanqꝫ ꝓ grauissimo crimine. xi. q. iij. c. quicunqꝫ. Si aūt esset talis iudex ecclesiasticus incurreret etiam

Capitulū. xix.

pēnam suspensionis ab execucione officij per annum. De q̄ vide infra in tercia pte ti. ix. Si vero p ignorantiā iuste iudicat. tunc aut ex se iudicat sine assessore. aut de cōsilio assessoris. Et si primo mō. s. ex se. & ignorātia illa est crassa & supina q̄ nec p se sciebat q̄d cōiter debebat scire. nec ab alijs curauit inuestigare. tunc fm Rai. & Bl. et glo. Jo. fm leges tenet leso ingntū bonū & equū videbit religioni iudicātis. C. de va. & extraor. cognī. l. fi. In iudicio aūt anīe credo inquit Ray. q̄ teneat ad restitutionē. vt in prō casu. Ratio huius est. q̄ in culpa fuit cū sciuit vel scire debuit se insufficientē. & tū iudicare presumpserit. extra de iniur. & dā. da. Si culpa. Si aūt fuisset ignorantia p̄babilis in eo. vt q̄ facta debita diligentia ad inuestigandū a peritis de cōsilio eorū tulit iniustā sn̄iam. p iusta siue scienter mala. & iniuste consulētibus. siue q̄ erat materia variaꝝ opinionū. & illi fm suā opinionē quā rectā putabāt consuluerūt. excusat? est iudex p̄cipue delegatus fm Bl. & etiā vt videtur ordinarius nil omittēdo de contingentibus ad inuestigandū veritatem rei. Si vero iudex hoc fecerit de cōsilio assessoris qui asserebat talem sn̄iam iustā excusat. q̄ in eo est ignorātia p̄babilis q̄ excusat. ar. dis. xxxvii. §. fi. Pantur em̄ assessores iudicibus p̄pter scientiaz eorū. vt cōsulant ignorātibus iura. Nullus em̄ nō possit esse iudex ecclesiastic? nisi habeat mediocrem saltē scientiā. vt extra de elec. Cum nobis & dis. xx. c. i in glo. Tamen in seculari iudicio si habet consuetudinē causarū. siue peritiam iudicandi potest cōmitti causa iura ignoranti. & pōt esse ordinarius. C. de iudi. l. certi iuris. vbi dicit q̄ multos p̄sit esse indices. De iudice etiaz delegato dicit Bl. q̄ sepe est ignarus iuris q̄d etiaz nouit delegans. sed ratione bonitatis delegat sibi causam. & talis si tulit iniustam sn̄iaz bona fide & consilio peritorū. nō tenetur ad satisfactiōez Et idem videtur dicendū de arbitris quo ad sententias iniustas. Si vero tulit iudex iniquā sententiam siue ordinarius siue delegatus siue arbiter. q̄. s. & si erat sciens. tū neglexit reuoluere libros & studere materiā. vel si nesciebat p se neglexit q̄rere cōsilia peritor. etiā si esset delegatus nō excusaret ab obligatiōe restitutiōis p̄ti leso p suā iniquā sn̄iam. etiā si credebat iustaz fore fm Rai. & Bl. Item si fuit negligens iudex ad assumendū idoneū assessorē. q̄ elegit ignorantem aut boiez male p̄sūe fm cōmunē opinionē. siue hoc fecerit ex auaricia vt min? expenderet in salario dādo. siue ex amicicia vt fruiret aīco. p illo regnanti. siue ex incuria vel alia cā. nō excusaretur a restitutione. q̄ in culpa fuit. extra de iniur. & dā. da. Si culpa. Si aūt assumpsit qui cōiter tenebatur bon? & sufficiens. vel dat sibi a supiori. ita q̄ de eius cōsilio habet iudicare. tūc excusatur iudex a peccato & restitutiōe ferendo iniquā sententiam quē credebat iustā ex consilio assessoris i p̄ius. Sed ip̄e assessor tenet in solidū parti lese cōsulendo seu ofidendo sn̄iam fore iustaz si hoc tacit mala fide & contra conscīam vel etiā bona fide sed ex crassa ignorātia aut negligentia. ff. q̄ q̄sq; iuris. l. ij. & hoc fm Rai. Hosti. & Bl. Item nota q̄ iudices seu officiales iudicantes in causis vsuraꝝ vt Flōrētie officiales mercantie si p̄ suā sn̄iam cogūt ad soluendū aliq̄s vsuras. vel nō ad repetendū solutas. peccant mortaliter. & tenent ad restitutionē. q̄ p̄stant cām efficacem dāni. extra de iniur. & dā. da. Si culpa. & hoc si faceret ex statuto vel consuetudine. tales officiales sunt excōicati. vt in cle. ex graui de vsuris. Itez iudex si accipit pecuniā vt iudicet. siue vt non iudicet siue vt iudicet male. siue iudicz bene. peccat mortaliter cū teneatur gratis officiū suum exercere ar. xiij. q. v. nō sane. Pecuniam aūt illā retinere nō potest. Sed q̄d debeat facere de tali pecūia habes infra in tercia pte ti. ix. Vbi etiam habes vtrum possit penas debitas reo relaxare vel augere vel minuere.

Actor siue accusator requirit in iudicio

§. v

q̄ vt dicit Ambro. Judicis nō est sine accusatore dānare. ij. q. i. De manifesta. Et hoc nisi crimen sit notoriū. Euidentia em̄ patrati sceleris clamore nō indiget accusatoris. ij. q. i. De manifesta. Fama em̄ publica eū accusat. Sed q̄s qui vocat aliq̄ē ad iudicium querelaz ponit aliq̄n̄ de causa criminali seu crimine. aliq̄n̄ de ciuili seu de rebus tpalibus. In criminali dicit accusator. In ciuili consuenit dici actor. Cuius etiā in criminali actor dicat. Tripliciter aūt contingit talē peccare. Primo calūniose agendo. s. imponendo alicui falsum crimē ex malicia. vel petendo aliq̄ bona tanq̄ sibi debita que nouit p̄ se. vel ex consilio peritor? sibi non debere. & talis in vtroq; casu peccat mortaliter agens cōtra charitatem p̄rimi & contra iusticiaz & est p̄iurus cōiter. & de omni dāno inde secuto tenetur leso modo sibi possibili. extra de iniur. et dam. da. Si de culpa. & xiij. q. v. Non sane in fi. & q. vi. Si res. q̄ si dānificat in bonis tpalibus illa debet restituere. Si in fama vel p̄sona. q̄ accusatus de crimine iniuste & cōuictus falso infamatur de facto. & occiditur vel mutilat. vel alias leditur in p̄sona. debet sibi satisfacere. p̄ut potest ad arbitriū boni viri. non tū tenet se manifestare post factū si inde sibi piculum vite immineret. Et si est in p̄cessu cause. debz dimittere. & nō p̄sequi. Secūdo peccat actor inordinate desistendo a p̄secutiōe cause inchoate. s. preuaricando id est aliā p̄tem videlicet accusatuz adiuuando colludendo cū eo. dissimulando vel nō inducen

vo legitimas ꝓbationes q̃s habet ꝓtra reum. et acceptando falsas excusatiões rei, qȝ̃ habȝ locuȝ in criminibꝫ. aut etiã ex toto desistit a ꝓsecutiõe cause sine debito ordine iuris, qȝ̃ dicit tergiuersari. Et hoc facit corrupt⁹ pecunia a reo ꝙ amicis eius, aut ꝓcibus eoꝝ inductus, ꝙ tũc peccat mortaliter. qꝛ facit, rempublicã cuius bonuȝ ꝓcurat ꝑ punitionẽ criminũ qȝ̃ ille impedit ꝑm beatuȝ Tho. se. se. q. lxviij. In causa aũt ciuili seu vbi agitur de tẽpalibꝫ. qꝛ ibi nõ intendit nisi indẽnitas actoris seu acquisitio iuris ipius actoris. ꝙ quilibet renũciare põt iuri suo. vtj. q. i. q̃ ꝓcul. Iosum. iõ absq̃ peccato põt desistere a ꝓsecutiõe cause sue, siue cõcordando cuȝ reo, siue ad vitandum expensas ꝙ grauamia litigioꝝ. Tercio nõ actor offendit eũ ꝙ si habeat iustã cãm criminalez siue ciuilem ꝑ indebita media cãm ꝓsequit. vtẽ do mendacijs in iudicio. vel falsis instrumentis ꝙ testibꝫ ꝙ ꝓbationibꝫ alijs ne amittat iustã causaȝ. qȝ̃ etiã mortale est ꝑm. b. Tho. se. se. q. lxxviij. vnde nullo mõ licet. xvij. q. q. Faciat. Verũ si iudex obtinet victoriã cause ex q̃ certus de sue iustitia cause nõ tenet ad satisfactionez alteri ꝑti nec etiã in expensis placiti, cuȝ ille iniuste vexauerit eum. Si aũt actor in cã ciuili estimat se ius hꝫ. qꝛ ꝙ sic sibi dicit ab aduocatis ꝙ ꝑitis, vel etiam dubitat de iure suo, nec ĩ ꝓcessu cause cognoscit contrariũ. etiã si cãm hꝫ̃et iniustã nõ peccat placitando. q̃uis melꝰ faceret cõcordando l' diuittendo. Nemini. n. facit iniuriã qui vtit iure suo dicit lex. Etsi obtinet victoriã cause nõ tenet satisfacere. dũ hoc ignorat, qꝛ ꝓbabilis ignorantia excusat eũ. dis. xxvij. §. fi. Sed si postea certificatur de errore suo tũc tenet ad restitutiõez illoꝝ bonoꝝ. ꝙ hoc nisi iã bona fide ꝓscripserit extra de prescrip. ꝑ totũ. In cã aũt criminali nisi sit bñ certus de crimine ꝙ posset legitime ꝓbare nõ excusaretur a peccato mortali accusando, qꝛ expõit se piculo magno sui vel ꝓximi sine causa sufficienti. Item nota ꝑm Hosti. de bu. sup. c. Quia pleriq̃ de immu. ec. qꝛ cuȝ q̃s siue actor siue cus aliqua tenet ex iniusta sentẽtia data ꝓ eo a iudice q̃uis lex positiua ei assistat, tamen quia lex naturalis resistit, qꝛ nõ debet quis locupletari cum aliena iactura vel dãno. de re. iuꝛ. li. vi. Locupletari iõ tenet talis restituere sic habita, etiã si nõ ꝓcuratiõe ipius obtinẽtis. ꝫ sola iudicis ignorãtia obtinuisset, ꝙ ille qui succũbit nõ appellasset q̃si videat ille acquieuisse exq̃ a sñia nõ appellauit lesus. qꝛ talis nõ est verus ꝫ ꝓsumptus ꝓsensus, vt no. de sen. ꝙ re iudi. qȝ̃ nõ sufficit in foro conscie. sed ille. Qȝ̃ intelligendũ videt qñ talis sufficienter nouit sñiam iniustam fuisse datam ꝓ se. siue tunc siue postea.

Reus concurrit .§. VI.

in iudicio. Dicit. n. reus is qui accusat seu impeditur sup aliqua re. siue iuste siue iniuste. Et talis tripliciter põt peccare ꝙ mortaliter. Primo dicendo falsitatẽ. vel tacendo veritatẽ. vt cũ iudex exquirit ab eo veritatẽ ꝑm ordinem iuris. siue in causa ciuili. s. cũ agitur de aliq̃ re temporali vt cũ interrogatur si pecuniã mutuo accepit ab actoꝛe, vel si nõ restituit mutuatam sciens se accepisse hoc negat. vel restitutã asserit, vel etiaȝ in causa criminali. cũ accusat, ꝙ sunt semi ꝓbationes vel cũ infamia exorta erga aliquez fit inquisitio sup hoc etiã in casu mortis negat se cõmisisse maleficium perpetratuȝ. peccat mortaliter talis. Et ratio est ꝑm. b. Tho. se se. q. lxiij. qꝛ facit contra debitum iusticie ꝙ hoc est mortale. Pertinet autẽ ad debitũ iusticie vt quis obediat suo superiori in his ad que ius siue ꝓlationis se extendit. Superioꝛ aũt est iudex respectu eius qui iudicat, ꝙ iõ ex debito tenet accusatus iudici exponere veritatem quã ab eo ꝑm formã iuris exigit. hoc Tho. Si aũt non esset legitimus iudex. puta qꝛ habet dominiũ vsurpatũ cum nõ sit sup̃ior eius. non videt facere cõtra iusticiã si nõ obediat ei in dicendo veritatẽ. peccat tñ dicendo mendaciũ. Et mortaliter si peieraret. vel inde nocumentũ notabile ꝓximo inferret. Similiter etiã si esset legitimus iudex ꝙ nõ inquireret ꝑm formam iuris. puta impeditus de debito pecunie sine aliqua infamia exorta, vel accusatiõe inquirit ab eo de homicidio vel furto. tũc nõ tenetur rñdere, sed põt ꝑ appellationẽ vel aliter subterfugere iudicium eius. non tñ ꝓpter mẽdacium dicere ꝑm Tho. Accusatus aũt, vel inq̃situs iuridice de vno maleficio ꝙ cõuictus põt inquiri ꝙ de alijs. ꝙ tenet veritatem dicere ꝑm Pe. de pal'. in iiij. Scõdo reus põt peccare mortaliter calũmiose se defendendo. nã isto mõ etiã si hꝫ̃et iustã cãm peieraret, qȝ̃ semp est mortale, nã in causa etiã criminali iuramentũ de calũnia prestandũ est extra de iura-calũ. c. inhærentes. Pro cuiꝰ declaratiõe dicit beat⁹ Tho. se. se. q. lxij. qꝛ aliud est veritatẽ tacere. aliud est falsitatem ꝓponere. Horũ primũ in aliq̃ casu licet. Non. n. quis tenet omnẽ veritatẽ dicere. sed illam quã ab eo põt ꝙ debet exigere iudex ꝑm iuris ordinẽ. puta cũ precessit infamia sup aliq̃ crimine, vel aliq̃ indicia apparuerũt, vel cuȝ processit ꝓbatio semi plena. Scõm aũt. s. falsitatem ꝓponere nullo mõ licet. Ad id aũt qȝ̃ licitum est põt q̃s ꝓcedere, vl' per vias licitas. ꝙ fini intento accõmodas. qȝ̃ ꝓtinet ad prudentiã, vel ꝑ vias illicitas ꝙ ꝓposito fini congruas. quod ꝓtinet ad astuciam que exercetur ꝑ fraudẽ ꝙ dolũ. Et primum quidẽ laudabile. Scõdum vero vitiosum. Reo igitur licet se defendere. occultando veritatẽ quã confiteri nõ tenetur ꝑ aliquos cõuenientes modos, puta qꝛ nõ respondeat, ad que respondere

Capitulū.xix.

re nō tenet. ⁊ hoc nō est calūnioſe ſe defendere. ſed prudēter euadere. Non aūt licet vel falſitatē dicere vel veritatē tacere quā dicere tenet. nec aliquā fraudē adhibere. q⁹ fraus ⁊ dol⁹ vī bñt mēdacij qđ ē calūnioſe ſe defendere. hec Tho. Quācunq; ḡ quis hēret iuſtā cām. ſed q⁹ nō habet. plationes ſufficiētes amitteret in notabile detrimētum ſubſtātie vel pſone. nō. ꝓpterea licet ſibi dicere mendaciū. vl inducere falſum teſtē. vel falſum inſtrumentū. vl aliqđ hmōi. alias non excuſaret a mortali. Tercio peccat reus p appellationez iniuſtā. videlicet cū q̄s appellat a ſnīa cā afferendo more ne contra eū iuſta ſnīa ferat. peccat moraliter. q⁹ hoc est calūnioſe ſe defendere. Talis ei agit cōtra iuſticiā q⁹ officiū iudicis impedit. vñ ei iniuriā facit. ⁊ etiā aduerſario ſuo cui⁹ iuſticiam inq̄ntuz pōt ꝓturbat. Et iō ſicut dz. ij. q. vi. Omnino puniēdus est. cui⁹ iniuſta appellatio ꝓnunciat. ⁊ tenet etiā ad ſatiſfaciendū de dānis ⁊ expēſis. Secus ſi appellat ex cōfidentia iuſte cauſe. q⁹. ſ. credit ſe hre iuſtam cām. hoc. b. Tho. vbi ſup. Item condēnato ad mortez ſi iuſte hoc fit nō licet ei ſe defendere p violentiā. ⁊ h⁹. alias eſſet mortale. non tñ tenet facere vnde ſeqūtur ei mors. puta manere in loco carceris ſi inuenit aperte vel nō comedere condēnato ad mortē p famem ſi cibū ei occulte offerat. Sed condēnato iniuſte ad mortē licet reſiſtere condēnanti iudici ſicut ⁊ latronibz. ⁊ ſe defendere. niſi forte ꝓpter ſcādalum vitandū. cū ex hoc aliq̄ grauis turbatio timeretur. hec. b. Tho. ſe. ſe. q. lxix. arti. iiij.

Inducitur etiā .§. vii

teſtis in iudicio. Et tripliciter pōt peccare. Primo dicendo falſitatē ſcienter. ⁊ tal⁹ peccat mortaliter ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. lxx. tnm q⁹ facit cōtra iuſticiam ledens bonū cōmune vel ꝓximū. tum q⁹ facit cōtra octauū preceptū ex preſſe q̄ dicit. Non loq̄ris cōtra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Ergo. ⁊ tū q⁹ piurat. Nā teſtis iurat. alias nō crederet ſibi ōnteq̄ religionis ſit. extra eo. Nup. Et iurare debet ſm Rai. ⁊ Hoſti. q⁹ dicet totā veritatem quaz nouit de re illa. iij. q. ix. Hortamur. ⁊ q⁹ nō admiſceat falſum. nec aliqđ de ſuo adq̄ciet. iij. q. ix. Pura. Item de quozūdaz conſuetudine additur ⁊ bñ q⁹ nulli pandet teſtionū. iij. q. tij. §. Item in crimiali. Potest tñ remitti iuramentum de ꝓſenſu ꝓnū. extra eo. c. tuus. niſi in cauſa matrimoniali. Teſtificando inſup falſuz aduerſus tenet ad reſtitutionē oīm q̄ erinde ꝓximus amiſit. ꝓpter ei⁹ teſtimoniū. xxij. q. vi. Si res. et ij. q. i. Nonū. Secō peccat in teſtificando. cuz id qđ est ſibi dubiū aſſerit ſibi certū. ⁊ tal⁹ peccat moraliter. q⁹ expōit ſe piculo peccandi ⁊ dānificationis alteri⁹. cū poſſit eē ꝓtrariū eē ei⁹ qđ dicit. ⁊ etiā peierat. cū iuret ſe ſcire. illud qđ neſcit. Nā non admitteret ei⁹ teſtimoniū. ſi nō diceret ſe ſcire. q̄nimo ſolēt teſtes interrogari vñ ⁊ quō ſciāt. Etſi interrogati de cā ſcie nō dicant. nō valet teſtimoniū. iij. q. iij. §. ſola. ⁊ in autē. de teſti. §. Et licet dubiū. ⁊ tenent ad reſtōnem. ſi inde ꝓximus iniuſte dānificaret. Debet ḡ hō in ferēdo teſtionum ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. lxx. id de q̄ est certus p certo aſſerere. ⁊ id de q̄ est dubius ſub dubio. pterre Verū q⁹ ex labilitate hūane memorie contingit q̄ quis reputat ſe q̄ndoq; certū de eo qđ falſuz est. nō ſiquis cū debita ſolicitudie recogitās eſtimat ſe eſſe certū de eo qđ falſum est. nō peccat mortaliter hoc aſſerens. q⁹ nō dicit falſum teſtimoniū p ſe. ⁊ ex intentiōe. ſed p accidens cōtra id qđ intendit. hec Tho. Sed nec tenet ad reſtōnem dānum paſſo. ar. xxij. q. v. De occidēdis. Nō aūt excuſaretur a peccato ſi ex imꝓmeditatiōe ⁊ negligētia. ⁊ſi nō ex malicia diceret falſuz. nec etiā vt videt ad reſtōnem ſi inde ꝓximus dānū incurreret. extra de iniur. ⁊ dam. da. Si culpa. Tercio peccatū cōmittit. ⁊ mortale cū pecūia accipit ꝓ teſtimonio veritatis. Et hō hui⁹ est. q⁹ exꝓreſſe facit cōtra iura. cū hoc ꝓhibeāt. ⁊ valde iuſte ad vitandū corruptionē veritatis ꝓpter pecuniā. Vñ dicit Aug. q⁹ nō licet teſti vendere vez teſtionū. xxij. q. v. Nō ſane. ⁊ multo magis peccat cū accipit teſtis pecuniā ad falſitatē dicendā vl occultā daz veritatē. Potest tñ teſtis accipe expenſas tā tū ab eo q̄ eū ꝓducit. puta ſi ex teſtionio ferendo dietā facit. vel etiā opam ſuā. ⁊ lucrū dimittit. ⁊ hmōi. iij. q. iij. Centuris. Accipiēdo aūt pecuniam ꝓ teſtionio. reſtituat ei a q̄ accepit. niſi ille deſſet ad cozrū pendū teſtē. nā tunc dz ei dari iuius iniuriā accepit vl pauplbz erogari. Quarto peccant in omiſſione teſtimonij. cum ferri dz in vtilitatē ꝓximi. Pro cui⁹ declaratione diſtinguendum est ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. lxx. Nā teſtimonium ſup aliq̄ re quā quis nouit aut ab eo req̄ritur. aut nō req̄ritur. Si req̄ritur. tunc ſubdiſtinguēdū. q⁹ aut requirit autoritate ſui ſupioris cū ei teneat obedire. aut nō autoritate ſui ſupioris. Et ſi primo mō. i autoritate ſui ſupioris. cum ei obedire teneat in his q̄ ꝓtinent ad iuſticiam. tunc ſine dubio tenet ferre teſtimoniuz in his dumtaxat in quibz exigit ab eo teſtionū ſm ordinē iuris. puta in manifeſtis. ⁊ de quibz ꝓceſſit infamia. Et in hmōi omittendo teſtionium ferre peccaret. q⁹ cōtra obedientiā ageret. ⁊ contra charitatē non iuuādo ꝓximū vel bonū cum debet. Sed ſi exigatur teſtimoniū ab eo in nō manifeſtis. ⁊ de quibz nō ꝓceſſit infamia. non tenet ferre teſtimoniū. Si aūt req̄ratur teſtimonium eius non autoritate ſuperioris. tunc ad liberandum hoiem ab iniuſta morte. ſeu quacunq; pena. vel falſa infamia vel aliq̄ dāno tenetur nihilomin⁹ ferre teſtimonium. Qđ qđ facit

dictum psal. Eripite pauperē ⁊ egenū de manu peccatoris liberate Et illud Jnno. Negligere cū possis pturbare puersos nihil aliud est qz fouere. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto crimini desinit obuiare. lxxxij. di. Error Si nō requirit sup hoc ⁊ inde videt sequi iniusticiam et dāno prorimo notabile in persona. fama vel substātia tenet facere qđ in se est vt veritatē tenūciet ei qui pōt ad hoc prodesse. Juxta illud puer. xxiiij. Erue eos qui ducunt ad mortem. Et Ro. i. Digni sunt morte nō solū qui faciūt. sed etiā qui ꝓsentiūt facientibꝫ. ⁊. lxxxij. q. iij. Qđcdit cū pluribꝫ alijs. c. Et in ꝑdicto casu ſm Rai. de dāno etiā sacerdotes ⁊ alij clerici ⁊ religiosi tenētur. xiij. q. vj. Quāqz nisi sit talis cā in qua nō liceat eis ferre testimoniū vt in cā sanguinis. Idem Gil. Sup bis aūt que ad cōdemnationē alicui⁹ ptinēt nō tenet ſm Tho. homo ad testificādū nisi cū a superiore cōpellatur ſm ordinē iuris. qz si circa hoc veritas occultatur nulli ex hoc speciale dānum nascitur. etsi immineat periculum accusatori nō est curādū. qz ipe se in hoc periculū sponte ingessit. Alia aūt rō est ꝺ reo cui piculū imminet eo nolente. Gul. etiā dicit. qđ in odiosis exceptionibꝫ vl criminibꝫ nō ꝓsueuerunt testes cōpelli posse. licet qnqz cōpellant. vt in inquisitionibus. De bis vero q̄ in secreto cōmissa sunt alicui. vtrū debeat quis testificari etiā requisit⁹. dicit. b. Tho. se. se. q. lxx. qđ si quis hoc habet in secreto ꝑ cōfessionē s. auditā nullo modo pōt testificari qz nō scit hoc vt hō. ⁊ maius est vinculū sacramenti qꝫ ꝓcceptū hois. Sed si extra cōfessionē ei cōmissa sunt sub secreto distinguendū. qz si sunt talia q̄ statim cū veniūt ad noticiam hois debent manifestari. puta si ptinent ad corruptionē multitudinis corpalem vel spūalem. vel graue dānum alicui⁹ psone. vel si qđ aliud est qđ ꝓpalare tenetur debet manifestare testificando vel manifestando vel denunciando. qz cōtra hoc debitū nō pōt obligari ꝑ secreti cōmissum. iuxta illud. Jn malis promissis rescinde fidē xxij. q. iiij. Si aūt sunt talia q̄ quis ꝑdere non tenetur. vnđ pōt ex hoc obligari qđ sibi sub secreto cōmittunt. et tūc nullo mō tenet ea ꝑdere etiā ex ꝓcepto superioris testificando. Et rō est qz seruare secretū est de iure naturali. nec pōt homini ꝓcipi cōtra illud quod est de iure naturali.

Aduocatus .§. viii.

procurator ⁊ iurisconsultus peccare pōt multipliciter. Et primo aduocatus si sciēter defendit causaz quā nouit iniustā ſm. b. Tho. se. se. q. lxxi peccat grauiter. i. mortaliter. Et rō est. qz illicitū est cooperari alicui ad malū faciendū. consulendo adiuuando. vel aliter consentiendo. Vñ dz Ro. primo. Digni sunt morte non solū qui faciunt sed etiā qui consentiūt facientibꝫ. Similiter etiam cū a principio cause credit iustā. ⁊ in ꝓcessu videat eā iniustā peccat grauiter defendendo eā non tñ dz eam ꝑdere vt. s. iuuet aliā ptē vl secreta sue cāe alteri ptī reueler. qz male faceret ⁊ contra fidelitatē. Sed dz eam deserere dicēdo clientulo qđ nō habet iusticiā vl eū ad cedendū inducere. vel ad cōponendū cū aduarsario sine sui ſm dāno. ⁊ tenet talis ad oīe dānum qđ altera ps ex ei⁹ auxilio incurrit. hec Tho. Idē Rai. ⁊ allegat. l. rē. C. de iudi. ⁊ idē statuit Greg. decimus.

De restitutione .§. ix.

videtur intelligendū in casu in q̄ clientulus suus qui obtinuit victoriā cause nō vellet vel non posset restituere. Nam ⁊ ille cū receperit vnitatem cause iniuste principaliter tenet cuz hoc nouit. Sed si ignoraret. puta qz aduocatus vel peritꝫ dicūt eū ius hꝫe videt excusare cum laboraz hac ignorātia di. xxxvij §. fi. Jnsup si dixit clientulo eum hꝫe iustam cām quā nouit iniustaz si causam ꝑdit tenetur ei de expensis factis sibi et alijs in litigando. Secus aūt si ipe clientulus cognoscens cām iniustā voluit eā defendere. extra de iniur. ⁊ dam. da. Si culpa. Secdo peccat aduocatus in defendendo causas cū est ignoras vel negligens. Nam si assumit iustam causaz. ⁊ ex ignorātia notabili vel negligēia sua qz nō laboraz in reuoluendo libros vt inueniat veritatē ⁊ clientulus amittit cām. peccat mortaliter. Et ratio est. qz notabiliter nocet ꝓximo cum possit ⁊ debeat iuuare. nec debuit se ponere ad illud officium. vel actū ad qđ nō erat idoneus. extra de iniur. ⁊ dam. da. Si culpa. ⁊ tenet ad restitutiōem dāni inde secuti clientulo suo ſm Rai. ⁊ Hosti. Si vero defendit cām iniustā quā credit iustaz ex ignorantia notabili. vtiqz peccat mortaliter. ⁊ ratio est. quia exponit se piculo grauis dampni ꝓximi. vnde ⁊ periculo peccati mortalis. et si obtineret victoriaz cause teneret ad satisfaciendum parti lese. Tercio peccat mortaliter aduocatus si allegat falsa cōtra conscīaz vel instruit falsum testē. vel inducit clientulū suū ad negandū veritatē. etiā si defenderet iustā cām. ⁊ aliter obtinere nō posset victoriam. Et rō est. qz ſm aplm Ro. iij. Non sunt facienda mala vt eueniant bona. Nec vn licet indebitis medijs viteniaturad bonū finē. Ad rōnem aūt nō videt teneri. Sed si abstulit bonā cām ⁊ iustaz aduersario ꝑ dictos modos. vel ꝑ cauillationē suam vel ipm grauauit in pe tendo dilatiōes superfluas. vel faciendo positionē duplicem vel cauillosam tenetur talis insolidū ad verū interesse. i. omne dampnū ſm Hosti. Gregorius decimus etiā statuit in supradicta constitutiōe. qđ id qđ aduocatus recipit in qua aduocatione vel consilio tene

Capitulū.xx.

tur duplū restituere, ⁊ nihilominus de damnis tenetur satisfacere lesis. Et idem statuit de ꝓcuratore. Et iurisconsultꝰ in dando consiliū sciens in causa quā nouit iniustā. si optatur victoriā cause illud consiliū. similiter ad oīa dāna. Non aūt si credit iustā ⁊ hz cām credēdi. extra d're. iu. Nullus ex cōsilio tenetur alteri nisi fuerit fraudulentum in. vi. Si aūt cā est dubia vtrū. s. cōtineat iusticiam nec ne dū sibi remanet dubia vsq; ad diffinitionē cause licet aduocato, ꝓcuratori ⁊ iurisc̄onsulto iuuare ꝑm Tho. vbi sup. ⁊ guil. Quarto peccatur ab aduocatis ⁊ ꝓcuratoribus ⁊ iurisconsultis circa receptionē immoderatam salarij vel indebito mō ꝑm Tho. Quāuis .n. licite possint petere salariū vt mercedem sui laboris Cūi ⁊ Aug dicit q; licet aduocato vendere iusti patrociniū, ⁊ iurisperito verū consiliū. xiij. q. v. Non sane. non tñ debent petere immoderatum Intendit aūt moderamen salarij ꝑm Rai. circa quattuor. Primo ꝑm q̄ntitatē cause. Scōo ꝑm laborem aduocatiōis. Tercio ꝑm scientiā ⁊ facūdiam aduocantis. Quarto ꝑm consuetudinē regionis. Scōm hoc cōsiderationē potest maius ⁊ minus taxari salariū vt. iij. q. vij. §. Apud Urbē ⁊ ar. xij. q. ij. Concesso. ⁊. c. Vlterius. ⁊ extra de ꝓben. De multa. Concor. Tho. ⁊ Cl. vnde in hoc non pōt dari certa regula de q̄ntitate salarij. Et subdit Rai. q; ex quo cā est incepta nullū debet facere pactū cum litigatore quē in ꝓpriā recepit fidez. q; posset esse occasio magni periculi. iij. q. vij. §. Preterea. q; ꝑm glo. q̄n videret cām in periculo. tūc cogeret clientulū suū inire pactum cum eo dare sibi salarium ad libitū. Idem Cl. Petere q̄ pōt salarium immoderatū ab initio litis vel post factū ⁊ si a principio nō est factuz pactū determinatū salarij pōt ꝑm Hosti. aduocatꝰ cogere clientulū p iudicis officiū ad dandum debitum. Dicit etiā Hosti. q; nō licet pacisci de certa ꝑte litis. s. quota. puta decima vel centesima. alias debet ei interdici forus. i. exercitiū aduocādi. C. de postu. l. Si quis aduocatoꝝ. Sz de q̄ntita licet pacisci. i. certa q̄ntitate pecūie. dūmodo nō excedat debitū. Qđ dicit Aug. q; licet vendere recta cōsiliū vt supra dictum est. Intelligit Rai. ⁊ Cl. q̄n laborat in voluendo libros ⁊ studendo ⁊ disputando forte cū aliis peritis. Alias si sine labore posset rūdere credūt q; nil debeat recipere. sed gratis rūdere. Sed Hosti. restringit hanc sniam q̄n petens consiliū est pauper. Naz si est diues pōt petere salariū. ar. xiij. q. v. Non sane. Si em̄ nō laborat, tūc laborauit in preteritū studendo ⁊ discendo. Item aduocātes vel ꝓcurantes scienter in cā vsuraria peccant mortaliter Et si ex eoꝝ aduocatiōe vel ꝓcuratiōe q̄s sentiat ad soluendū vsuras vident teneri ad restitutionem. extra de iniur. ⁊ dam. da. Si culpa. Possunt etiā peccare in modo aduocandi cū. s. dicūt obprobria ⁊ derisiones ⁊ hmōi. que ꝓhibent. v. q. iij. In loco. ⁊. iij. q. vij. Si quis adeo procar. Sed de hoc ⁊ pluribus alijs habet infra in. iij. ꝑte ti. ij. Et quomō debent aduocare pro pauperibus infra eo. ti. c. de inhumanitate.

Capitulū xx. de acceptione personarum.

QVia in iudicijs de quibus tractatuz est supra repitur frequēter inimicū acceptiōis ꝓsonarū qđ notauit ꝑs. in eo qđ inductū est supra in auctoritate illa. Vsqz quo iudicatis iniquitatē ⁊ facies peccatoꝝ sumitis. qđ vitiū est contra iusticiam distributiuā, ⁊ frequenter perpetrat q̄ncz ex auaricia. q̄ncz ex affectu sensuali amicicie vel parentele. Ideo nūc de hoc agendū hic est, quia peccatum ⁊ multū nocens bono cōmuni, ꝓhibet in lege diuina dū dicit Deutro. i. Non accipietis cuiuscz ꝓsonā. Ab hoc vicio ꝙpum fuisse immunē testan̄ sunt discipuli phariseoꝝ cū herodianis dicētes. Non respicis ꝓsonā hoīm. Mat. xxij. Et posset sic describi. Acceptio ꝓsonaruz est vitiū quo id qđ ex debito iusticie est alteri conferendū exhibet persone nō ob meritū ei⁹ ad ipam rem, ꝛ ob cōditionem ipi⁹ nō cōgruentez ad ipam rem. Propterea aūt dicit ex debito iusticie cōferendū. qz in his que dant mere ex liberalitate nō ex debito nō habet locū acceptio ꝓsonaꝝ si datur magis vni ꝓsone cz alteri. puta donat quis ex bonis suis centū amico vel consanguineo rōe amicicie, vel parentele qui nō donat extraneo. cz̄ius sit melior vel magis egeat hic nō est acceptio ꝓsonarū si dat magis vni ꝓsone. qz suū est. quod dat ⁊ nemini debet. ⁊ in re sua vnusquisqz ē moderator ⁊ iudex. ⁊ ex hoc ꝓbat. b. Tho. sup ep̄lam ad Ro. vt ait ap̄s. ij. c. Non est ꝓsonarū acceptō apud deū in eo videlicet q; peccatoꝝ quosdā relinquit in suis peccatis. quosdā ad se vocat dando eis grām suā quā non dat reprobis. Nam acceptio ꝓsonarū vt dictū est opponit iusticie. vñ locū habet in his que dant ex debito. qđ attendit iusticiā. Deus aūt nō ex debito sed ex gra vocat peccatores ad pniam. Tūm ad Ro. xi. Si ex operibus iam nō ex gratia. Et ad Titum. iij. Non ex opibus iusticie q̄ fecimus nos sed ꝑm suā misericordiā saluos nos fecit. In talibus aūt beneficijs gratis datis liberū est nō solū deo, sed etiam homini dare cui voluerit. Juxta illud Mat. xx. An non licet mihi qđ volo facere. Signāter autem subdit. Nō ob meritū ꝓsone. nā ad euz qui habet distribuere vel aliq̄ dare ex debito distribuenda ꝑtinet q; det illa ꝑm q; reperit meritum seu aptitudinē in ꝓsonis congruentem rei que dat. Nam ꝑm b. Tho. se. se. q. lxij. ad iusticiam distributiuā spectat diuersis ꝓsonis diuer-

sa tribuere ſm ꝓportionē ad dignitates ꝑsonaꝝ vt.ſ. vnicuiq; deſ ſm q̄ eſt in eo ꝓprietas digna ad id q̄ dat̄. Si igit̄ quis in dando consideret ꝓprietatē illam ꝑsone ꝓpter quā id q̄ ei confert̄ eſt ei debitū nō eſt acceptio ꝑsonarū. Et si quis cōsideret in eo cui cōfert̄. nō illud q̄ datur sit ei ꝓportionatū vel debitū. sed solū hoc q̄ eſt iſte homo Petrus vel Martin⁹. puta amicus vel cōsanguineus. vel sibi vtilis. hꝫ erit acceptio ꝑsonaꝝ. Sed ob conditiōez nō cōgruentē ad ipam rem. hoc dicit q̄ ſm. b. Tho. vbi supra contingit aliquā conditionē ꝑsone facere eaz dignam respectu vnius rei ⁊ nō respectu alterius. sicut hec cōditio. ſ. consanguinitas ad vnā personam facit eā dignā vt sibi plus dimittat̄ de patrimonialibꝫ bonis q̄z extranee ꝑsone. Sed ipa conditio nō facit eā dignam vt ꝑ hoc cōferatur sibi ob eaz de bonis ecclesiasticis seu officijs ⁊ beneficijs q̄ntū alij persone aptiori vel plus q̄ alij q̄ nō eſt parentela cōditio congruens ad talē rē ſ. beneficia vel officia ecclesiastica. Et perpetrat̄ hoc vitiū in officijs ⁊ beneficijs cōferendis in iudicijs exercendis. ⁊ in honoribꝫ exhibendis.

Et quātum ad col .§.I.

lationem bñficioꝝ queriť vtrū prelatus peccet in cōferendo beneficiū bono. ꝓtermisso meliori. ſ. etiā vtrū peccent eligētes aliquē in prelatū minus bonū. ꝓtermisso meliori. Et videť q̄ ſic. q̄z dicit Hiero. q̄ qui prestātioꝝ est ex oī pte. q̄ doctioꝝ. qui sanctioꝝ. qui in oī virtute eminētioꝝ ille eligatur ad sacerdotiū. viij. q. i. Licet. Tunc tpis cōiter sacerdotes hēbant curā aiaꝝ. q̄ non eligendo talem peccab̄. Et rñdet. b. Tho. in quadam q̄stione de q̄libet. q̄ ꝙs pōt dici melior dupliciter. Uno mō simpliciter. Alio mō ſm quid Simplr aūt dr melior q̄ est sanctior ⁊ plus hꝫs de charitate. Scdm q̄d dicit melior qui est melior ſm aliquē respectū. Contingit aūt aliquē esse meliorē simpliciter. i. maioris sanctitatis q̄ non est melior q̄ntū ad hoc q̄ preficiat̄ in eccl'ia. & alij minoris sctitatis erit melior eo in regimīe. quia forte magis eccl'iam iuuare poterit. vel ꝑ consilium sapiē vel ꝑ auxiliū potētie. vel q̄z deseruit in ecclesia. Non q̄ teneť prelat⁹ dare beneficiū vl' officium meliori simpliciter. & meliori quo ad hoc nō pōt esse q̄ preferat̄ vnum alteri nisi ꝓpter aliquā cām que si ptineat ad honorē dei ⁊ vtilitatē ecclesie iam q̄ntū ad hoc iſte eſt melior. Si aut̄ illa cā non ptineat ad hoc erit acceptio ꝑsonarū q̄ tāto est grauioꝝ q̄nto in rebꝫ diuis cōmittitur hec Tho. Et q̄z ē directe p̄ iusticiā ē mortale. ⁊ acceptio ꝑsoāꝝ directe ē p̄ iusticiā distributiuā. iō ē mortale. Notādū ēt q̄ q̄uis min⁹ bon⁹ simplr possit ꝑferri magis bono ī regimīe eccie. q̄z vtilior non tñ si sciat malū esse q̄uis possit iuuare ecclesiam ꝑ scientiā vel potentiā. q̄z in hmōi pmaxime requirit bonitas vite. alias sine peccato contra exerceri non pōt. hoc n. nō esset ꝑferre minus bonū & simpliciter malū. ⁊ ꝑ ꝑns qui nō eſt idoneus non debet preferri ei qui eſt aliq̄ modo idoneus. vñ ⁊ Albert⁹ magnus dicit expresse q̄ promouens ad ordinē vel curā pastoralez. vel aliq̄ beneficiū ecclesiasticū sciēter indignū absq; dubio peccat mortaliter. Hec nobilitas excusari pōt vt promoueat malus. q̄z q̄nto nobilior tanto nociuior. Et si dicat̄ q̄ alius nō sit ita vtilis omnio. ista rō non valet. q̄z vtilitas spūalis ꝑ alis ꝑ alia imponenda est. nec excusat paucitas ministroꝝ ecclie hec Albertus. Ad argumenta rñdet. q̄ vnicq; ceteris paribꝫ debet eligi ⁊ assumi ad prelaturaz doctior ⁊ sanctior. cū. ſ. sit alij⁹ ita vtilis ecclie sic ceteri. Sed vbi alius esset vtilior in gubernatione licet min⁹ doctus ⁊ sanctus tñ bonus. cum in hmōi debeat attendi vtilitas ecclie. ille pon⁹ debet prefici Glo. tñ sup dicto. c. dicit q̄ Aug. tñ pserat dicta comparatiua q̄ ponit Hiero. vij. q. i. q̄ debet esse sanct⁹ ⁊ doctus. sufficit em̄ q̄ sit bonus. Et est aliq̄s eoip̄o bon⁹ q̄ nō est malus. ex tra de ꝑsump. Dicūt. Alij tñ dicūt semp melioꝝ rem esse p̄ferendū. hꝫ. di. Hec e meritis. ⁊ hꝫ. xv. dis. c. fi. Et q̄uis Io. adhereat opinioni Aug. tñ. b. Tho. se. se. q. hꝫ. ar. tñ. tenet aliā opinionez dicens q̄ q̄ntū ad conscīam necesse est eligere ꝑ meliorē vel simpliciter. vel in cōparatione ad bonū cōmune. q̄z alij⁹ hūi nō pōt magis idoneus. verū q̄ntū ad hoc q̄ electio nō possit ꝓpugnari in foro iudiciali sufficit eligere bonuz. nec teneť eligere meliorē. q̄z sic oīs electio posset impugnari. Q̄ cē aliqs dēat eligi d̄ gremio eccie de iuſ cōi. ꝓpter statutū est. q̄z ꝑsumit̄ q̄ tal' dēat ee vtilior q̄ntū ad bonū cōe. q̄z. ſ. magis diliget eccīaz in q̄ est nutritus ſm. be. Tho. Non tñ per hoc tollitur quin de alia ecclesia possit assumi si vtilior habeatur.

Queritur secun .§.II.

do Utrū prelatus eccl'ie possit cōmittere cōsanguineo suo curaz sue ecclesie posposito meliori. Et videť q̄ nō. Nam dicit Hiero. loquens de Ioise qui instituit successorem sibi in regimine Jesum naue. nō filios suos vel ꝓsanguineos Nulla cōsanguinitatis rō. nulla hūa est cōtemplatio ꝓpinquitatis ꝓpinquis agroꝝ ⁊ predioꝝ relinquat̄ hereditas. Gubernatio ꝑ illi traditur quē deus elegit. qui. ſ. hēat spūm dei. viij. q. i Si q̄. Et sic videť q̄ ꝓpinquis nō sint dāda beneficia ecclesiastica. Rñdet. b. Tho. in quadam q. de q̄libet q̄ aliter dicendū est de cōsanguineo eque idoneo aliter de cōsanguineo min⁹ idoneo Si. n. cōsanguineus sit eque idoneus pōt ꝑ alū preferre consanguineū nisi forte ex hoc scandalū oriatur. vel aliq̄ exinde malū exemplū accipiāt

Capitulū .xx.

